This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600010703H

600010703H

DINARCHI

ORATIONES TRES.

CVM PRIORVM EDITORVM ANNOTATIONIBVS
ATQVE INDICIBVS

EDIDIT SVASQVE NOTAS ADIECIT

CAR. ERN. AVG. SCHMIDT,
PHIL. DR., AA. LL. M., GYMNASII PRIMISLAVIENSIS CONRECTOR.

LIPSIAE
SVMTIBVS C. H. F. HARTMANNI
MDCCCXXVI.

410.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

EPISTOLA

AD

VIRVM CLARISSIMVM

AVGVSTVM SEIDLERVM.

VIRO CLARISSIMO

AVGVSTO SEIDLERO

S. P. D.

C. E. A. SCHMIDT.

Magnopere laetor quod tandem aliquando contingit mihi ut pro magnis Tuis erga me meritis publice gratias agere Tibi possim. Quibuscunque enim fruor bonis, sive munere praeceptoris, ex quo incredibilem saepe capio voluptatem, sive, in acerba hominum atque aspera tristitia morositateque, iucundissima coniunctione, qua nihil mihi carius est; ea Tibi me debere omnia et probe scio et fateor libentissimo animo. Accipe igitur hanc Dinarchi editionem tanquam officii ac pietatis erga Te meae testem, in qua tamen non tam quid doctrinae Tuae conveniat quam quid praestari a me possit velim expendas.

Ratio autem, qua in edendo Dinarcho usus sum, haec est:

Plerumque Bekkeri recensionem exhibui; et quamquam neminis vestigia sine iudicio atque arbitrio

premere volui, vereor tamen ne nonnunquam, timiditate quadam commotus, magis huius viri secutus sim auctoritatem quam sententiam meam. Omnem lectionis varietatem, quam Bekkerus e quattuor enotavit codicibus (quorum descriptionem vide apud ipsum Orat. Att. tom. I. p. 3.), annotationibus meis intexui; retinui etiam paragraphos Bekkerianae editionis; inde enim, quod in edendis veterum scriptis multi mutatione antiquorum vel priorum capitum gloriam quandam comparare sibi student, magnae exoriri solent difficultates, quas qui paucioribus vel una tantum auctoris alicuius utuntur editione, volvendis et revolvendis libris tollere frustra saepe cupiunt. Bekkerus autem in numerandis paragraphis orationis in Demosthenem falsus est, paragraphum enim eam, quae notanda erat numero 106, notavit numero 107, quod vitium correxi; similiter idem vir erravit in Demosthenis oratione de falsa leg. p. 374. ed. Reisk.

Reiskianae editionis notas omnes integras addidi, congessique quidquid praeterea a viris doctis ad Dinarchum annotatum inveni, multa autem me non invenisse facile credo; adiunxi etiam Reiskii indices nonnullis locis correctos.

Orationem in Theocrinem propterea plane intactam reliqui, quod de eius auctore nondum mihi uet

Notae meae partim ad historiam partim ad grammaticam et ad diiudicandas lectiones respiciunt. Atque de historicis quidem annotationibus necessarium non est plura ut moneam; ne tamen mireris cur de Dinarcho ipso et de causis, in quibus hae sint habitae orationes, nihil dixerim, id propterea factum est, quod iis quae tradita iam diu sunt a viris doctis, ex. gr. a Ruhnkenio ad Rutil. Lup. p. 88. 126., Taylero in Prolegg. ad Demosth. in Reisk. or. gr. tom. 8. p. 723 seq. 760 seq., A. G. Beckero in libro qui inscriptus est *Demosthenes als Staatsmann und Redner* p. 115 seq., Schoemanno de comitiis Athen. p. 224 seq., non fere habui quod adderem.

Sed de grammatica et de arte critica non possum quin pauca disputem.

Quo diutius enim cogito de linguae vi atque natura, eo magis intelligo graviter errare eos, qui e diuturna lectione scientes aliquam rem vel cogitationem certa quadam ratione dici indicariique solere, statim si eandem rem aliter dictam inveniant, de vitio atque de correctione cogitent. Nihil potest fingi quod magis sit mobile atque liberius quam mens humana; iam qui factum esse credamus, ut lingua, eius tanquam imago, regulis quibusdam quasi vinculis constricta teneretur? Non mutandi eiusmodi loci sunt, sed explicandi, quaerendumque est num quae possit ani-

ne fingi ratio qua sic cogitari scriptori liceuerit. Exemplo rem illustrabo. Statim initio Dinarcheae orationis in Demosthenem libri omnes habent ἵνα ἐξελεγχθῇ; editores scientes alias in eiusmodi coniunctione dici solere ex. gr. ἵνᾳ, hoc in textum recepere. Me quidem, ante etiam quam ullum simile inveni exemplum, comparatio verborum ὅπου, ut, ubi, wo, da, alia iam docuerat; abs Te enim didiceram non raro exemplis ad comprobandum aliquem usum opus plane non esse, si modo probabilis ostendi posset ratio, qua esset id cogitatum quod a solemni dicendi modo recederet. Nec possum satis mirari eorum sive timiditatem sive imbecillitatem, qui nihil credunt graece dici bene posse nisi cuius sexcenta habeant exempla; namque ut taceam de linguarum studio, quod nescio an recte βάναυσον dici queat, cur non reputant ingentem deperditorum scriptorum copiam? Quid, quod multa exempla facile adesse etiam hodie possunt, quamquam ob solitam humanae naturae temeritatem atque levitatem nondum inventa atque enotata?

Multi propterea non raro gravissime falluntur, quod in explicandis veterum scriptis non ad horum auctorum sed ad suum idioma respiciunt. Recte hi quidem nonnunquam reddunt id quod dixit auctor, sed quod rationem, qua id dixit, vel negligunt vel non perspiciunt, verum saepe non attingunt, nunquam

satis accurate indicant. Atque incredibile dictu est, quam late pateat hic locus et quanti inde prodierint errores. Hinc enim non tantum illae nonnullorum theologorum pendent ineptiae quas notat Hermannus ad Vigerum p. 788., sed ea etiam magnorum philologorum explicandi ratio, qua tradunt ex. gr. δέ tres potissimum habere significationes has: *und*, *aber*, *denn*. Notum quidem est Graecos innumeris locis dicere δέ ubi nos dicere soleamus *und* vel *denn*; sed num eam ob causam credendum est significare δέ *und* et *denn*, an potius statuendum Graecos inter duas sententias saepe oppositionem quandam tantummodo cogitasse, quarum posteriorem nos accuratius nonnunquam annectamus nostro *und* vel *denn*? Εἰ particulam nonnullis locis significare docent ὅτι, *daſs*, atque sic explicantes Demosth. in Mid. p. 539. vers. fin. τοῦτον οὐδ' εἰ γέμουσαν εἶδώς. Olynth. II. p. 25. init. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω εἰ Λακεδαιμονίοις μὲν κ. τ. λ. huius quidem scriptoris subtilitatem plane non attingunt. Permulta possem addere similia, cum omnes fere eae explicationes in quibus solennis est formula illa: *dictum pro* eiusdem sint generis, sed quid velim satis iam haud dubie intelligis.

Notum denique est non paucos locos ab editoribus, sive auctorum verba minus accurate inspicientibus, sive mutandi quadam cupiditate abreptis, sive

utrumque vitium simul committentibus, vel male esse explicatos, vel depravatos etiam. Insigne exemplum e Pausania addam. Nisi fallor hodie in omnibus huius scriptoris editionibus lib. 1, 24, 4. extr. ut in Weigeliana etiam, qua solâ uti nunc possum, legitur sic: *οἱ δὲ ἅτε τὸν ἄνδρα ὃς ἔδρασε τὸ ἔργον εὖ εἰδότες, ἐς δίκην ὑπάγουσι τὸν πλείονα.* Sed si bene memini ὃς ex coniectura tantummodo editum est, certe annotavi mihi antiquam lectionem esse ὡς ἔδρασε, eamque unice esse veram qui accurate h. l. inspicit facile inveniet; non tantum enim nesciunt illi, *qui vir hoc fecerit*, sed etiam, *virum hoc fecisse*. Sensum germanice bene possumus reddere dicentes: *als ob sie nicht wüssten dass es der Mann gethan hat.*

Iam ad Dinarchum quod attinet, valde respiciendum id erat quod de hoc scriptore et de elocutione eius tradunt veteres. Dionysius Halicarnassensis enim in iudicio de Dinarcho c. 7. tom. 5. p. 340. ed. Tauchn. de discrimine inter Lysiacas et Dinarcheas orationes disputat sic: *ἐὰν μὲν ἀρετήν τε καὶ χάριν τοῖς λόγοις ἐπανθοῦσαν ἴδοι* (scil. *ὁ βουλόμενος ποιεῖσθαι τὴν διάγνωσιν*), *καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων ἐκλογὴν ἐνοῦσαν, καὶ τὸ μηδὲν ἄψυχον εἶναι τῶν λεγομένων, θαῤῥῶν λεγέτω τούτους Λυσίου. ἐὰν δὲ μήτε τὸ χάριεν ὅμοιον εὑρίσκῃ, μήτε τὸ πιθανὸν καὶ τὸ τῶν ὀνομάτων ἀκριβὲς μήτε τὸ τῆς ἀληθείας ἁπτόμενον, ἐν τοῖς*

Δεινάρχου λόγους· αὐτοὺς ἐᾶτω. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν Ὑπερείδου κ. τ. λ. Capite sequente p. 342 seq. de auctore nostro affert haec: *Λείπεται δὲ Δημοσθένους, κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῇ δεινότητι· κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν, τῇ ποικιλίᾳ τῶν σχημάτων, καὶ τῇ ἐξαλλαγῇ· κατὰ δὲ τὴν εὕρεσιν τῶν ἐπιχειρημάτων, τῷ μὴ καινὰ καὶ παράδοξα λαμβάνειν, ἀλλὰ φανερὰ καὶ ἐν τῷ μέσῳ κείμενα· κατὰ δὲ τὴν οἰκονομίαν, τῇ τάξει, καὶ ταῖς ἐξεργασίαις τῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ ταῖς προκατασκευαῖς, καὶ ταῖς ἐφόδοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τεχνικοῖς παραγγέλμασιν, ἃ περὶ ταύτην ἐστὶ τὴν ἰδέαν· μάλιστα δ' αὐτοῦ λείπεται τῇ συμμετρίᾳ, καὶ τῷ καιρῷ πρέποντι. λέγω δὲ ταῦτα, οὐκ ἐν τῷ καθόλου τρόπῳ, ὡς μηδὲν τούτων κατορθοῦντος, ἀλλ' ἐν τῷ κοινοτέρῳ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.* Comparandus etiam Harpocratio est, qui s. v. *ἐκαλίστρουν* narrat, *οὗτος* (scil. Dinarchus) — *ξενικοῖς ὀνόμασι χρῆται.* Hinc igitur excusanda fortasse talia sunt ut or. in Dem. §. 64. *πολίτιδα;* in Ar. §. 20. *τὴν θείαν — ψῆφον;* in Phil. §. 2. *ἐὰν εἴληφε:* omninoque non diffiteor illorum me scriptorum auctoritate commotum nonnunquam timuisse, ne viri docti coniecturis suis Dinarchum magis quam librarios corrigerent.

Sed ex his quae dixi satis iam existimabis et quid praestare et quae effugere vitia in hac editione ego voluerim; si tamen dum aliorum non ignosco verru-

cis propriis offendo tuberibus, ea ut mihi monstres atque reseces etiam atque etiam. Te rogo et oro; quamquam non dubito quin aliquam errorum veniam propterea daturus mihi sis, quod in hac solitudine procul a studiorum domiciliis gravissima librorum premor penuria.

Vale Vir carissime et me ama.

Scripsi Primislaviae d. IX. Ianuar.

MDCCCXXVI.

Ed. R. p. 5.

ΔΕΙΝΑΡΧΟΥ

ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΣΘΗΝΟΥΣ.

Ὁ μὲν δημαγωγὸς ὑμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ θανάτου τετιμη- Ed. B.
μένος ἑαυτῷ ἵνα ἐξελεγχθῇ ὁτιοῦν εἰληφὼς παρ' Ἁρπάλου, §. 1.
οὗτος φανερῶς ἐξελήλεγκται δῶρα εἰληφὼς παρὰ τούτων οἷς
ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον· πολλῶν δ' ὑπὸ
Στρατοκλέους εἰρημένων καὶ τῶν πλείστων προκατειλημμέ-

§. 1. *ὑμῖν*] Taylorus in annotatiunculis ad Dinarchum et Andocidem (quas semper intelligo ubi simpliciter Taylorum laudo) in Reisk. Or. Gr. t. 8. p. 691. annotat *ὑμῶν*, haud dubie sic legendum esse censens, et conferri iubet §. 58. extr.; sed nihil mutandum est, conf. si tanti est Matth. Gr. Gr. p. 525. Idem Tayl. ad initium orationis annotat: „*Δευτερολογία*, quas partes agit Stratocles quidam", quod quid sibi velit non intelligo; primo loco habitam hanc orationem non esse ex eo patet quod Dinarchus ad Stratoclem saepe provocat, quod ad alium neminem, id fortasse probat secundo eam habitam esse loco.

ἵνα ἐξελεγχθῇ] Pro *ἵνα* Wolf. suspicabatur *ἐὰν* leg. esse, Stephanus *ἤν*, quod praetuli. Reisk. Tayl. legere voluit *ἐὰν* et Bekkerus contra libros omnes, qui habent *ἵνα*, dedit *ἤν*; sed ne literula quidem mutanda est, *ἵνα* ad tempus respicit, cf. Schaef. ad Soph. Oed. Col. v. 621. Fortasse apud Platonem etiam Charm. p. 176. b. revocanda est antiqua lectio *ἵν' ἐπᾴδειν*, sed non satis mihi notum est, quid habeant Codd.

φανερὸς] Legendum esse *φανερῶς*, viderunt ambo, Wolf. et Stephanus, atque recepi. Reisk. Sic etiam Bekkeri codices habent praeterquam quod in L est *φανερὸς ἐξελήλεκται*.

παρὰ τούτων] *Παρ' Ἁρπάλου, Μακεδόνος μὲν ὄντος, ἀποστάτου δὲ καὶ δραπέτου.* Wolf. — *Στρατοκλέους*. Hinc corrigendus est Ps. Plutarch. qui in vita Demosthenis tom. 5. p. 161. ed. Tauchn. Demosthenis accusatores fuisse dicit Hyperidem, Pytheam, Menesaechmum, Himeraeum et *Patroclem*; pro *Patrocle* substituendus est *Stratocles*; Photius eius loco habet *Proclum*, ut testatur Tayl. in Proleg. ad Dem. Reisk. Or. Gr. t. 8. p. 761.

νων κατηγορημάτων, καὶ περὶ μὲν αὐτῆς τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς δικαίας καὶ ἀληθεῖς ἀποδείξεις εἰρηκυίας, περὶ δὲ τῶν ἀκολούθων τούτοις Στρατοκλέους εἰρηκότος καὶ τὰ ψηφίσματα ἀνεγνωκότος ἤδη τὰ περὶ τού-
2 των, ὑπόλοιπον ἡμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ταῦτ' ἀγωνιζομέ- 4
νοις ἀγῶνα τηλικοῦτον ἡλίκος οὐδὲ πώποτε γέγονε τῇ πόλει, κοινῇ πᾶσιν ὑμῖν παρακελεύεσθαι πρῶτον μὲν ἡμῖν τοῖς λοιποῖς συγγνώμην ἔχειν, ἂν τῶν αὐτῶν ἐνίοις περιπίπτωμεν (οὐ γὰρ ἵνα ἐνοχλῶμεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἵνα ὀργίζησθε μᾶλλον παροξυνόμενοι, δίς περὶ τῶν αὐτῶν ἐροῦμεν), ἔπειτα μὴ προΐεσθαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἁπάσης δίκαια, μηδὲ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ κρινομένου λό-
3 γων. ὁρᾶτε γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι παρὰ μὲν ὑμῖν Δημοσθένης οὑτοσὶ κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὑμεῖς· οἱ σκοποῦσί τινα ποτὲ γνώμην ἔξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων, καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ἀναδέξεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτούς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀν-

ἀποφάσεως] L. [i. e. lege *Schm.*] ἀποφάνσεως, pro quo perpetuo legitur ἀπόφασις in hac oratione, eum inter ἀποφασιν et ἀπόφανσιν plurimum interest, etsi non nego etiam φάσιν ἀντὶ τῆς φάνσεως dici, οὐκ ἀπὸ τοῦ φημὶ, ἀλλὰ παρὰ τὸ φαίνω. Wolf. quem secutus sum. Reisk. Sed retinenda erat antiqua lectio quam firmant etiam Bekkeri codd. cf. Budd. comm. l. gr. p. 899. extr. seq. Schoem. de comit. Ath. p. 224.

2. πᾶσιν ἡμῖν] Ad mentem Wolfii et Stephani dedi ὑμῖν. Reisk. ὑμῖν habent etiam Bekkeri codd. praeter L, in quo est ἡμῖν.

ἡμῖν τοῖς λοιποῖς] Nobis, qui causam hanc agimus, cuius vos estis cognitores et iudices. vel, nobis, qui sumus praeter Stratoclem et secundum eum dicturi. — τῶν αὐτῶν. Cum in nonnulla incurremus, eadem cum illis, quae a nostris in dicendo praedecessoribus iam commemorata sunt. — παροξυνόμενοι. Sic dant Wolf. et Stephanus pro vitioso Aldinae παροξενόμενοι. Reisk.

3. ὁρᾶτε γὰρ κ.τ.λ.] Similia saepe apud oratores graecos occurrunt, cf. inf. §§. 22. 46. Or. in Ar. §. 19. Demosth. de f. leg. p. 413. vers. fin. in Aristog. p. 771, 19. Aeschin. in Ctesiph. p. 391. sq. ed. R.; atque sic Cicero etiam in Verr. Act. I. c. 16. quem locum e Dinarcho hausisse Ciceronem Muretus (quem bene confert Tayl.) credit v. l. 2, 7.

ἀναδέξεσθε] ἀναδέξεσθε coniectat Stephanus. Reisk. —

θρώποις ποιήσετε διότι μισεῖτε τοὺς κατὰ τῆς πολιτείας δῶρα λαμβάνοντας, καὶ οὐχ ἵν' ἀφῆτε ζητεῖν προσετάξατε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ, ἀλλ' ἵνα ἀποφηνάντων τούτων ὑμεῖς τιμωρήσησθε τῶν ἀδικημάτων ἀξίως. νυνὶ τοίνυν τοῦτο ἐφ' ὑμῖν ἐστι. ψηφισαμένου γὰρ τοῦ δήμου δίκαιον ψήφισμα, καὶ πάντων τῶν πολιτῶν βουλομένων εὑρεῖν τίνες εἰσὶ τῶν ῥητόρων οἱ τολμήσαντες ἐπὶ διαβολῇ καὶ κινδύνῳ τῆς πόλεως χρήματα παρὰ Ἁρπάλου λαβεῖν, καὶ πρὸς τούτοις ψήφισμά τι γράψαντος ὦ Δημόσθενες σοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν, ζητεῖν τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν, ὡς αὐτῇ πάτριόν ἐστιν, εἴ τινες εἰλήφασι παρὰ Ἁρπάλου χρυσίον, ζητεῖ ἡ βουλή, οὐκ ἐκ τῶν προκλήσεων μαθοῦσα τὸ δίκαιον, οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν πίστιν τὴν περὶ αὐτῆς ἐπὶ σοῦ καταλῦσαι βουλομένη, ἀλλ' ὅπερ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀρεοπαγῖται εἶπον, προορῶσα ἡ βουλὴ ὦ ἄνδρες τὴν τούτων ἰσχὺν καὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν δύναμιν, οὐκ οἰομένη δὲ δεῖν, οὐδεμίαν ὑπολογίζεσθαι τῶν περὶ αὐτῆς ἐσομένων βλασφη-

διότι Ἀντὶ τοῦ ὅτι, ut saepe in Isocratis Archidamo. Wolf. cf. infr. §. 23. in Arist. §. 5. Diod. Sic. 16, 84. ἀπαγγέλλοντες — διότι ταχέως ἥξει Φίλιππος. Vig. p. 549. — τούτων post ἀποφηνάντων omittit Z.

4. νυνὶ τοῦτο] Interpone δέ, aut potius γάρ. Reisk. Bekkerus ex omnibus suis codd. interposuit τοίνυν, idque significat *iam, iam vero*, v. Vig. p. 553. sic in or. in Ar. §. 17. Demosth. de f. leg. p. 353. vers. f. ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων· ὁ γὰρ εἰς τὴν προτέραν κ. τ. λ. — De Demosthenis psephismate cf. Plut. vit. Dem. c. 26.

5. προκλήσεων] Fort. παρακλήσ. Sin alterum de mancipiis in quaestionem postulatis, aut aliis sive provocationibus, sive aliis latis conditionibus intelligere libet, non impedio. Wolf. Vulgata bene habet. Reisk. πρόκλησις est *provocatio*, cf. Budd. comm. l. gr. p. 112. 148. Tayl. ad Lyc. in Leocr. 9, 1. et praecipue Hudtwalcker in libro de arbitris germanice scripto p. 41. seqq.

περὶ αὐτῆς] Malim περὶ αὐτήν. id est τὴν ἑαυτῆς πίστιν. Wolf. Rursus hic vulgatae vim faciens. ἡ περί τινος πίστις est aliorum de eo existimatio. Reisk. Bekkerus hic et paulo post tacite edidit αὐτῆς, quem secutus sum, persuasus esse hanc codicum lectionem.

προορῶσα] Post προορῶσα addendum videtur μέν. Reisk. Hoc participium non tam ad sequens οἰομένη δὲ respicit, quam potius arcte coniungendum est cum antecedente ἀλλά. — Paulo post cum Bekkero ex omnibus codd. post ἰσχὺν addidi καὶ et ex

μιῶν, εἴ τις μέλλει τῇ πατρίδι αὐτοῖς αἰσία μοχθηρὰ καὶ
6 κίνδυνος ἔσεσθαι. τούτων, ὡς ἐδόκει τῷ δήμῳ, καλῶς καὶ 6
συμφερόντως πεπραγμένων αἰτίαι νῦν καὶ προκλήσεις καὶ
συκοφαντίαι παρὰ Δημοσθένους ἥκουσιν, ἐπειδὴ οὗτος ἀπο-
πέφανται εἴκοσι τάλαντα ἔχων χρυσίου· καὶ ἡ τῶν ἐκ προ-
νοίας φόνων ἀξιόπιστος οὖσα βουλὴ τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς
εὑρεῖν, καὶ κυρία δικάσαι τε περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυ-
χῆς ἑκάστου τῶν πολιτῶν, καὶ τοῖς μὲν βιαίῳ θανάτῳ τετε-
λευτηκόσι βοηθῆσαι, τοὺς δὲ παράνομόν τι τῶν ἐν τῇ πόλει

A et B post *πράττειν, δύναμιν.* — *εἴ τις μέλλει*] Sic ex A et B dedit Bekkerus, vulgo legebatur optativus *μέλλοι*. Utrumque locum habere potuit; sed L et Z habent coniunctivum *μέλλῃ*, eumque genuinum esse credo. Nimirum *εἰ μέλλῃ* dicit is, qui sumit esse rem quae neque adeo sibi certa est, ut dicendo *εἰ μέλλει* indicare velit, *μέλλει*, neque adeo dubia, ut dicendo *εἰ μέλλοι* ad cogitationem eam tantummodo referendam esse censeat; si diceret *ἐὰν μέλλῃ*, ad tempus magis respiceret. Herm. in dissert. de Atticist. praec. p. XII. seq. omnino nihil videtur statuere discriminis inter *εἰ* c. coni. et *ἐάν* c. coni. Coniunctivus fortasse ob notum illud Grammaticorum praeceptum, non posse *εἰ* iungi cum coniunctivo, mutatus est, restituendus haud dubie etiam apud Demosth. Olynth. 1. p. 15, 23. ubi nunc legitur *εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται*. Retinui vero nostro loco Bekkeri lectionem, ne in audaciae incurrerem vituperium. — Paulo post, iterum sequens Bekkerum, dedi e B et L *αὐτοῖς* pro vulgato *αὐτῆς*, quod valde figet, neque tamen mihi multo magis placet *αὐτοῖς*, quod aliter intelligere non possum quam ut sit instrumenti casus referendus ad Demosthenem reliquosque ab Harpalo corruptos; fortasse ante hoc verbum excidit *καὶ* ita ut *αὐτοῖς* ad Areopagitas sit referendum.

6. *καλῶς*] Sic emendarunt Wolf. et Steph. item Scaliger vitiosum Aldinae *καλῆς*. Reisk. — *παρὰ Δημοσθένους* L habet *παρὰ τοῦ Δημ.*

τῶν ἐν] Videtur *τινα* interponendum esse. *qui in eorum aliquem, qui in urbe degunt, contra leges aliquid ausus fuerit.* Reisk. Sensus est: eiicere eos qui in urbe versantes contra leges aliquid ausi sunt. De Areopagitarum officiis satis sit conferre Demosth. in Aristocr. p. 628 – 643. Lept. p. 505. or. in Neaer. p. 1372. Isocr. Areopag. Suid. s. v. *Ἄρειος πάγος*. Lex. Seguer. p. 311, 9. 444, 1. Ael. var. hist. 5, 15. c. n. Perizon. Hauptmanni lib. de Andocide c. 5. Reisk. or. gr. t. 8. p. 570. c. 8. p. 599. c. 9. p. 603. Tittmann. in germanico libro *Darstellung der griechischen Staatsverfassungen* p. 253. Multis etiam locis hac de re egerunt

διαπεπραγμένους ἐκβαλεῖν ἢ θανάτῳ ζημιῶσαι, νῦν ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασιν ἄκυρος ἔσται τοῦ δικαίου;

Ναί· κατέψευσται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους. τοῦτο γάρ 7
ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος. σοῦ κατέψευσται καὶ Δημάδου; καθ' ὧν οὐδὲ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἔοικεν, ἀσφαλές ἐστιν; οἳ πολλὰ πρότερον τῶν κοινῶν ἐκείνῃ ζητεῖν προσετάξατε καὶ διὰ τὰς γενομένας ζητήσεις ἐπηνέσατε; οὓς δ' 7
ἡ πόλις ἅπασα οὐ δύναται ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, κατὰ τούτων ἡ βουλὴ ψευδεῖς ἀποφάσεις πεποίηται; ὦ Ἡρά- 8
κλεις. διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχώρεις, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ σου ἡ βουλή, θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν;

Meierus meus et Schoemannus in libro item germanice scripto, *der attische Process*; Meursii librum de Areopago consulere non potui. — Extrema § post *δικαίου* interrogationis signum revocavi, *cuius* loco punctum posuit Bekk.

7. *Δημάδου*] De hoc vid. Ruhnk. hist. crit. or. Gr. pag. LXXI. seq. — Proxime antecedens *γάρ* respicit ad omissam sententiam fere hanc: Id credibile nullo modo est.

καθ' ὧν] Malim *καθ' ὑμῶν*, ut sit oratio ironica: *ergo ne verum quidem proloqui tutum est, quod vos laedat.* vel etiam potest interrogatio esse. Reisk. Sensus est: In eos sane Areopagitarum senatus mentitus non est, in quos ne verum quidem sine periculo proloqui quisquam potest. — Pro vulgato *γινομένας* Bekkerus ex omnibus codd. edidit *γενομένας* quod multo melius est.

οὓς δ' ἡ πόλις ἅπασα κ. τ. λ.] Non assequor, quid hoc sibi velit. quid enim vetat mentiri in eum aliquos qui vi cogi non potest? An hoc significat? nihil in eos dici falso posse, qui ab omni aequitate sint alieni, et facinorosi. Wolf. Posterius hoc a vero propius abest. Sententia videtur haec esse. Quorum tam est proiecta audacia, ut neminis in tota civitate dueantur reverentia, a nemine se compesci patiantur, estne parum credibile, de illis vera et aequa pronunciasse illum Senatum, qui eos criminis turpissimi reos egerit? Probabilene cuiquam est Senatum eos iniquitate suae sententiae laesisse, quorum scelerositas tam pervulgata est, ut nemo paene audeat eos in iudicium vocare. Reisk.

8. *συνεχώρεις ἑαυτῷ θάνατον τὴν ζημίαν*] Scil. *εἶναι*. quod alias *ὁρίζειν ἑαυτῷ τὸν θάνατον ζημίαν* dicitur. Wolf. Pro *ἑαυτῷ*, *σεαυτῷ* vult. Tayl. sed nihil mutandum., cf. infr. §. 70. Matth. Gr. Gr. p. 677. seq. Brem. fascic. obs. in Dem. Phil. p. 70. seq. — *ἀποφήνῃ* [scribendum esse *ἀποφήνῃ* nemo hodie nescit. *Schm.*] σου. Fort. *σε* aut *κατὰ σοῦ*. Wolf. Quidni credamus

καὶ διὰ τί πολλοὺς ἀνήρηκας σὺ ταῖς τῆς βουλῆς ἰσχυριζόμενος ἀποφάσεσιν; ἢ ποῦ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος ἢ τίσι προστάξας ζητεῖν περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων

pendere genit. ex τι? quod intelligendum est, cf. Hndrf. ad Plat. Gorg. p. 232. quamquam fortasse sic etiam intelligi posset h. l. tanquam re vera additum esset κατά.

πολλοὺς ἀνήρηκας] Ut Antiphontem, cuius meminit Plutarchus. Wolf. cf. infr. ad §. 63. — ποῦ νῦν ἐλθὼν — εὕροι τὴν ἀλήθειαν. Invitis libris, qui habent που, Reiskius eumque sequens Bekkerus dederunt ποῖ; sed optimi quique scriptores non raro praepositiones adverbiaque locum indicantia permutant, et quamquam frequentiora sunt exempla praepositionum vel adverbiorum indicantium motum cum verbo indicante quietem iunctorum (vid. Matth. Gr. Gr. §. 596. Herm. ad Vig. p. 790. Brem. Fascic. obs. in Dem. Phil. p. 81. 94. Lob. ad Phryn. p. 127. seq., unde audiendi non sunt quicunque apud Herodot. 1, 21. in verbis ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν mutare quidquam volunt, recte potius confertur τὸν ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχήν; hinc apud Aristoph. Av. v. 9. legendum est οὐδὲ ποῖ γῆς ἔσμεν, nec movebit me superbum de hac re iudicium in censura Sanderianae Avium editionis in ephemer. literar. Lips. anni 1825, fascic. 88.; tamen sunt etiam loci in quibus adverbia quae indicant quietem cum verbis quae notant motum coniunguntur, sic infra §. 43. extr. ὅπῃ καταφύγῃ, haud enim necessaria est mutatio ὅποι quam in Addend. p. 697. proponit Bekkerus. Soph. Philoct. 255. seq. οὗ μηδὲ κληδὼν ὦδ' ἔχοντος οἴκαδε μηδ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ διῆλθέ που. Lucian. dial. mort. 3, 2. ποῦ σοι τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθεν; Suid. s. v. ποῦ γῆς, ποῦ γῆς πέφευγεν; ἀντὶ τοῦ εἰς ποίαν γῆν, Ἀττικῶς. vid. Heind. ad Plat. Phaedon. p. 222. Zeun. ad Vig. p. 445. seq. Hinc existimari potest quid sit statuendum de praeceptis qualia habemus in Etym. m. p. 669, 14. οὐ δεῖ λέγειν ποῦ ἀπέρχῃ; ἀλλὰ πῇ, id eo respicit quod apud Ionas πῇ saepe idem est quod ποῖ. Similia tradit Phryn. ecl. p. 43. ποῦ — ἅπει διὰ τοῦ ῡ ἁμάρτημα. cf. Lob. ad h. l. Nostro loco facilius etiam excusatur ποῦ (sic corrigendam esse librorum lect. nemo non videt) ob sequens εὕροι, pro quo Bekk. ex A, B et L edidit εὕρῃ. Si dicit εὕρῃ, sensus est: *ubinam inveniet* et intelligitur simul, nusquam inveniet. Sic Hom. Il. α, 150. πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσιν πείθηται Ἀχαιῶν; quomodo tibi quisquam obediet i. e. nemo tibi obediet. Soph. Ai. 77. τί μὴ γένηται; quidni fiat i. e. fiet. Thiersch. in Gramm. §. 352, 3. non satis accurate de hoc usu disputavit, non tantum quod diversa esse genera putat coniunctivum βουλευτικόν et ἀπορητικόν, proprie enim uterque coniunctivus est βουλευτικός, sed etiam quod hunc coniunctivum *me-*

εὕροι τὴν ἀλήθειαν; τὸ μὲν γὰρ συνέδριον τὸ πρόπερον δο- 9
κοῦν εἶναι πιστὸν σὺ καταλύεις ὁ δημοτικὸς εἶναι φάσκων,
ᾧ τὴν τῶν σωμάτων φυλακὴν ὁ δῆμος παρακατεθήκην ἔδω-
8κεν, ᾧ τὴν πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν πολλάκις ἐγκεχείρι-
κεν, ὃ διαπεφύλαχε τὸ σὸν σῶμα τοῦ βλασφημεῖν περὶ αὐ-
τοῦ μέλλοντος πολλάκις (ὡς σὺ φῂς) ἐπιβουλευθέν, ὃ φυ-
λάττει τὰς ἀποῤῥήτους διαθήκας, ἐν αἷς τὰ τῆς πόλεως σω-
τήρια κεῖται.

tum vel *aliquam rem non esse verisimilem* indicare posse opinatur; in Aiace certe indicat verisimilem esse rem, verum haec vis non est in coni. sed in tota enuntiatione. Contra si dicit εὕροι, non quaerit quid sit futurum, sed quid de hac re Demosthenes sentiat, sic infra etiam §. 66. optativus τολμήσειεν intelligendus est, neque aliter explico Homeri illud ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο, Λυκάονος υἱὲ δαΐφρον; cf. Reisig. de part. ἄν p. 132. seq. e cuius praeceptis corrigenda sunt quae tradit Thiersch. l. l. §. 352, 5. Iam cum in antecedd. etiam quaestionibus ad Demosthenem se convertat auctor, aptior mihi visus est optativus, mutatus, ni fallor, quod rarior hic usus est, verum defendendus etiam apud Demosth. in Mid. p. 525. ὁ τοιοῦτος πότερα μὴ δῷ διὰ τοῦτο δίκην ἢ μείζω δοίη δικαίως; altero membro dicit de eo quod re vera futurum credendum est, altero quaerit quid de hac re sentiant iudices.

9. καταλύεις] Sic corrigunt Wolf. et Stephanus vitiosum Aldinae καταλύει. — ᾧ secundi loco suadet Wolf. ὃ in nominativo reponi, ut ad συνέδριον referatur [antiquae editiones et mss. omnes, ut Bekkerus dicit, habent ᾧ διαπεφύλακε, coque respicit haec nota. *Schm.*] Cui sum obsecutus. Idem feci versu 17. [ed. Steph. intelligit sequentia verba ὃ φυλάττει, ubi libri omnes habent ᾧ φ. *Schm.*] quoque, non tam eius auctoritate, quam rei necessitate motus, tametsi Stephanus utroque loco vitiosum Aldinae ᾧ servavit. Reisk. Easdem haud dubie correctiones proposuit Gruterus, vid. Reisk. or. gr. vol. 8. p. 691. De re cf. ad §. 6. — Pro ἐγκεχείρικεν in B, L, Z est ἐγκεχειρήκεν.

τὰς ἀποῤῥήτους διαθήκας] διαθήκη alias testamentum est. Ut autem συνθήκας interpretere, nihilominus quid rei sit, ignorare me fateor. Neque vero mea est scire arcana Atheniensium, qui iam nulli sunt, ut et nos brevi futuri sumus. Si θήκας legas, possint intelligi αἱ κίσται τοῦ Διονύσου ἱεραὶ καὶ ταῖν Θεαῖν. Wolf. Fateor me locum hunc non intelligere. Videor tamen hoc me cernere, saltim suspicor, in custodia Areopagitarum fuisse oracula, Bacidis, aut Amphilyti, aut nescio cuius alius vetusti vatis, quibus in oraculis reipublicae Atheniensis et sortes praedictae essent, et fortunarum discrimen versaretur, ut se aut

fortunatos crederent, aut miseros, prout illis obsequerentur oraculis, aut adversarentur; prorsus ut libri Sibyllini penes Romanos erant fatales libri. Eiusmodi codicem oracula fatalia perscripta tenentem appellatum olim a Graecis fuisse διαθήκας, cum ex hoc Dinarchi loco, qui vereor ne sui generis sit unicus, tum ex illa trita et vulgo nota appellatione τῆς παλαιᾶς διαθήκης et καινῆς colligo, quibus appellationibus nemo nescit libros a nobis designari, qui nobis fatales sunt. Reiske. „Fateor ego quoque me hunc locum non intelligere; verum iuvat communicare cum benevolo lectore explicationem, quam inveni in libro francogallice scripto, Histoire de la littérature Grecoque profane par M. Schoell. Paris, 1824. ed. II. tom. II. p. 222. seq. ubi, postquam de Wolfii Reiskiique disputatum est sententia, leguntur haec: „Un grand helléniste de nos jours en a proposé une autre qui, à défaut de faits positifs qui nous manquent, et qui seuls peuvent décider une pareille question, nous paroît beaucoup plus probable. L'emploi que l'auteur fait du mot de διαθῆκαι, ne permet pas de voir dans le dépôt confié à l'aréopage autre chose qu'une disposition testamentaire, ou une dernière volonté. M. Coray pense que ce testament est le secret qu'en mourant à Colone Oedipe n'a voulu confier qu'à Thésée. „„Apprenez, fils d'Egée, dit-il (Oed. Col. 1518. seq.) dans la tragédie de Sophocle, ce qui doit faire à jamais le bonheur de cette contrée. Je vais vous conduire moi-même sans guide au lieu où je dois expirer; mais gardez-vous de l'indiquer jamais ni de le faire connoître à personne, si vous voulez qu'il vous défende contre vos ennemis d'une manière plus puissante que ne feroient vos nombreuses armées réunies à celles de vos alliés. C'est un secret inviolable et sacré que vous apprendrez lorsque vous serez arrivé seul avec moi dans l'endroit où je vous mène: je ne saurois le révéler à personne, pas même à mes filles, malgré toute la tendresse que j'ai pour elles. Soyez observateur fidèle du silence, et quand la fin de vos jours approchera, ne révélez ce sécret qu'au digne successeur que vous aurez, et celui-ci au sien, d'âge en âge: par ce moyen votre ville n'aura jamais rien à craindre des attaques des Thébains.““ (sic).

M. Coray observe que dans tout ce récit il ne manque que le mot même de testament; mais qu'il est clair qu' Oedipe lègue à la ville d' Athènes son corps et tous les avantages qui doivent en resulter, à condition que Thésée et ses successeurs garderont le secret de sa sépulture, de peur que son corps ne soit enlevé et transporté chez les Thébains, devenus ses ennemis mortels. Il est permis de supposer que Thésée aura confié ce secret à l'aréopage, au lieu de risquer qu'il ne fût perdu, si les rois vouloient le transmettre à leurs successeurs qu'au moment de leur mort. On peut objecter que le récit concernant Oedipe n'est qu'une fable

Δίκαια μὲν οὖν, δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συν- 10
9 έδριον· εἰρήσεται γὰρ ἃ γινώσκω. δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτούς, ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφικομένων ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος, ἵνα τότε δόντος δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήμα-

dont Sophocle a su tirer parti pour flatter les Athéniens; mais il n'est pas croyable que Sophocle ait inventé cette fable; il l'a, sans doute, puisée dans une tradition populaire, et il l'aura ainsi attachée à l'opinion où l'on étoit que l'aréopage se trouvoit en possession d'un secret important d'où dépendoit le salut de l'état." In nota addita sunt haec: „Voy. Lettre de M. Coray à M. Chardon de la Rochette, dans de Magasin encyclopédique, seconde année, vol. IV, p. 213."

10. *Δίκαια μὲν οὖν δίκαια*] De hac verborum repetitione, cuius plura etiam apud Dinarchum occurrunt exempla (cf. *infr.* §§. 27. 28. 29.) vid. Krügerum meum ad Dion. Hal. Histor. p. 11. — *εἰρήσεται γὰρ ἃ γινώσκω.* Sic saepe oratores Isocr. Areop. p. 76. Bekk. *εἰρήσεται γὰρ τἀληθές.* Dem. de fals. leg. p. 410. seq. *εἰρήσεται γὰρ πάνθ' ἃ φρονῶ.* — *τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων.* Pro *ὑπὲρ* Z habet *περὶ*. Ephialtes quidam, haud dubie idem de quo infra §. 33. sermo est, nec diversus, ni fallor, ab eo quem memorat Plut. vit. Dem. c. 23. Demosth. in epist. 3. p. 1482., legatus ad Persarum regem profectus, pecunias clam inde attulerat, quibus inter eos *qui* remp. maxime gererent divisis, bellum contra Philippum excitaret, quarum pecuniarum aliquam partem Demosthenes (uti Hyperides, etiam vid. Ps. Plut. Vit. X orat. t. 5. p. 166. ed. Tauchn.) accepit. Ps. Plut. l. l. p. 164. Inquisitio vero ea, de qua hic loquitur Dinarchus, aliunde mihi nota non est. Ceterum etiam si cui et Ps. Plutarchi narratio et oratoris nostri iudicium levioris videatur momenti quam ut totam rem credere velit, dubitari tamen non potest quin pecunias Demosthenes a Persarum rege acceperit, si vel nihil ei dedit Ephialtes. Non provoco nunc ad orat. nostr. infr. §. 15. 18. 70., neque ad eundem Ps. Plutarchum paullo post locum l. referentem: *καὶ ἰδίᾳ αὐτὸν δωροδοκῆσαι παρὰ βασιλέως φασὶ δαρεικοὺς τρισχιλίους*, nec denique ad Aeschinem, qui in or. in Ctes. non in universum tantum Demostheni pecuniarum cupiditatem obiicit, ut p. 538. 612. 625. Reisk., sed tradit etiam corruptum esse Demosthenem ab Euboeensibus p. 483. 486. 494-497. (ad quem l. cf. Schol. ab Imm. Bekk. ed. p. 257.) 614. 632., ab Amphissensibus p. 504. 516. (ad quem l. cf. Schol. p. 259.) 520. 632., a Persarum rege p. 535. 544. (ubi cf. Schol. p. 262.) 563.

τα φάνερῶν γενομένων, καὶ τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας ἐξελεγχθείσης ἣν οὗτος προδέδωκεν, ἀπηλλάγμεθα τούτου
11 τοῦ δημαγωγοῦ δίκην ἀξίαν δόντος· ἢ εἰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐβούλεσθε Δημοσθένει συγχωρεῖν καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι, τὴν περὶ τῶν νῦν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων μὴ προσδέχεσθαι, πεῖραν ὑμῶν ἐν τοῖς πρότερον εἰληφότας, ὅπου γε οὕτω καλῶς καὶ δικαίως τῆς ἀποφάσεως τῆς κατὰ τούτου καὶ τῶν ἄλλων νυνὶ γεγενημένης, καὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς οὔτε τὴν Δημοσθένους οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης, ἀλλὰ τὸ δίκαιον αὐτὸ καὶ ταληθὲς προυργιαίτερον πε-
12 ποιημένης, οὐδὲν ἧττον περιέρχεται Δημοσθένης περί τε τῆς βουλῆς βλασφημῶν καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγων οἷς περισσῶς καὶ 10

(cf. Schol. p. 263.) 602. 633. (cf. Schol. p. 268.) 647. et vel a Philippo p. 472. (cf. Schol. p. 256.) quid ad hanc potissimum rem responderit Demosthenes vide apud ipsum de cor. p. 323.; non ad hos, inquam, provoco auctores, sed ad Demetrium, (apud Plut. vit. Dem. c. 14.) Plutarchumque (l. l. c. 12. 20. cf. Diod. Sic. 17, 4. 5.)

τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας] Videtur significare 300 illa talenta Thebanis subsidio missa, reservata a Demosthene et eius factione. Sed Plutarchus Thebanos ab Atheniensibus desertos et proditos tradit. Wolf. Recte statuit; Plutarchi locus quem in mente habet est in vit. Dem. c. 23.; ceterum de hac re vid. infr. §§. 18. 24. 26. Aesch. in Ctes. p. 544. R. c. n. Schol. ed. ab Imm. Bekk. p. 262. Arrh. exp. Al. 1, 10, 7. 8. (coll. cap. 7, 1–4.) Diod. Sic. 17, 8. Ps. Plut. vit. Dem. p. 163. Iustin. 11, 12. — Pro προδέδωκεν in Z est προσδέδωκεν.

11. ἢ ταῦθ'] Interposui εἰ ex auctoritate Wolfii et Stephani. Reisk. Assentiuntur Bekkeri libri ex quibus Z et pr. A mox pro δωροδοκήσοντας habent δωροδοκήσαντας.

εἰληφότας] Redit ad procedens πολλοὺς. Reisk. ὅπου γε. Sic et a Reiskio et a Bekkero editum est, quorum tamen neuter lectionis indicat fontem, quamquam Bekkerus dicit *libros* pro γε habere γὰρ, quam posteriorem particulam locum habere hic non posse ex seqq. quisque facile videt. De ὑποστέλλεσθαι v. Herm. ad Vig. p. 762. seq.

12. οἷς περισσῶς] Dedi de meo οἷσπερ ἴσως. *quibus fortasse an etiam nunc statim ad vos utetur.* Reisk. Antiquam lectionem, cui Bekkerus etiam ingeniosam sane Reiskii coniecturam contra librorum auctoritatem praetulit, revocandam esse arbitra-

πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα πρᾶσσεται λόγοις ἐξαπατῶν ὑμᾶς, ὡς „ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους.“ οὐκ, ἀλλὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἀμφοτέραις ἐλυμήνω ταῖς πόλεσιν, ὦ Δημόσθενες. „ἐγὼ παρέταξα πάντας εἰς Χαιρώνειαν,“ οὔκ, ἀλλὰ ἔλιπες μόνος αὐτὸς τὴν ἐκεῖ τάξιν. „ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας.“ ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ τι ποτ' ἂν ἐποίησεν ἢ 13
τίνας ἂν εἶπε λόγους, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ ἃ συνεβούλευσεν, ὃς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς ἅπασαν ἐπελήλυθὼς τὴν οἰκουμένην ὅμως ἀξιοῖ δωρεὰς αὑτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας, λαμβάνειν δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος καὶ λέγειν καὶ πράττειν κατὰ τοῦ δήμου ἃ ἂν βούληται. καὶ 14
11 Τιμοθέῳ μέν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πελοπόννησον περιπλεύσαντι

tus sum, quamquam nullum habeo antiquioris quidem scriptoris locum in quo hoc adv. recte haud dubie formatum occurrat, invenitur tamen in Ps. Dem. amat. p. 1401, 12. Dion. Hal. iud. de Thuc. 37, 1. 47, 2. Plut. Brut. c. 21.; sensus est: *iusto plus*, nos *zum Ueberfluss* et hinc *zum Ueberdruss*. Similiter Aesch. in Tim. p. 134. Demosthenem dicit περιττὸν ἐν τοῖς λόγοις. — Mox pro αὐτίκα Z habet αὐτούς, et in antecedd. pro οὐδὲν I, et Z habent οὐδέ.

ὑμῖν] Sic dant Wolf. et Stephanus pro vitioso Aldinae ἡμῖν. Reisk. De re cf. Dem. de cor. p. 287. seq. Plut. vit. Dem. c. 18.

13. ἐφ' οἷς] scil. πράγμασι, vel δι' ἅ. Sententia est, cum iactet ea sua acta, quae toti Graeciae perniciosa fuerunt, quae futura fuit eius insolentia, si rem bene gessisset? Wolf. Ego nullus dubitavi de meo dare ἐφ' αἷς, scil. πρεσβείαις. *a* vel *e quibus legationibus*, h. e. post vel secundum quas legationes. Reisk. Restitui antiquam lectionem a Wolfio recte explicatam et a Bekkero etiam servatam. — ἐποίησεν. sic ex A pro vulg. ἐποίει dedit Bekk. quem secutus sum ob codicis praestantiam, per se enim vulgatum ferri bene potuit.

ὃ ἐπὶ] dedi de meo ὃς ἐπὶ. Est hic articulus non praepositivus, sed postpositivus. Reisk. Idem iam voluit Tayl. et recte edidit Bekk. quamquam libri habent ὅ. Sensus est, nisi ego fallor, qui cum maxima omnium calamitate orbem terrarum peragravit; Hoegev. ad Vig. p. 622. aliter statuit.

λαμβάνειν] Per appositionem, aut enarrationis modo, haec dicuntur, perinde ac si dixisset δηλονότι τὸ λαμβάνειν, vel δηλονότι τὴν ἐξουσίαν τοῦ λαμβάνειν δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος, καὶ ἄδειαν τοῦ λέγειν καὶ πράττειν ὅ τι βούληται. Reisk. — αὐτῷ post δωρεὰς dedi cum Bekk. pro αὐτῷ.

14. Τιμοθέῳ μὲν — οὐκ ἀποιήσασθε ὑπόλογον] ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐφείσασθε τοῦ Τιμοθέου διὰ ταῦτα. Wolf. De Ti-

καὶ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι Λακεδαιμονίους καὶ Κόνωνος υἱεῖ τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσαντος καὶ Σάμον λαβόντος καὶ Μεθώνην καὶ Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρας εἴκοσι πόλεις, οὐκ ἐποιήσασθε ὑπόλογον, οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως οὐδὲ τῶν ὅρκων, οὓς ὀμωμοκότες ἐφέρετε τὴν ψῆφον, ἀντικατηλλάξασθε τὰς τοιαύτας εὐεργεσίας, ἀλλ' ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε, ὅτι

motheo cf. Nep. Timoth. c. 2. 3. c. not. interpr. Ruhnken. hist. crit. or. p. 45. Fr. A. Wolf. ad Dem. Lept. p. 367. Boeckh Oecon. civ. Ath. t. 1. p. 413. De rebus a Conone gestis cf. Xen. hist. gr. 4, 3, 6. cap. 8, 1-16. Diod. Sic. 14, 39. 81. 83-86. Nep. Con. Iustin. lib. 5. et 6. Fr. A. Wolf. l. l. p. 286. seq. Pro *ναυμαχίαν* in Z est *ναυμαχίᾳ*.

περιπλεύσαντι] Tam cito puta et tam opportune. v. Xenophontis Hellenica. Saepe celebrat Demosthenes hanc Timothei navalem expeditionem, qua Peloponnesum circumvectus est. Reisk.

ὑπόλογον] Subaudi *τοῦτο, τὸ περιπεπλευκέναι τὴν Πελοπόννησον δηλονότι, καὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὸ εἶναι Κόνωνος υἱέα, τοῦ τοσαῦτα ὑμᾶς εὐηργετηκότος.* Horum omnium ei nullam habuistis rationem, neque ea tanti fecistis ut propter illorum meritorum memoriam poenam peculatus ipsi remitteretis. Locus hic infra p. 110, 27. [i. e. or. in Phil. §. 17. *Schm.*] paene iisdem verbis repetitus legitur. Reisk. Ista sane vera est vulgatae lectionis explicatio; sed ut taceam de difficili ellipsi, quam in or. in Phil. facile evitavit auctor additis verbis *οὐδὲν τούτων*, sequentia *οὐδὲ τῆς — εὐεργεσίας* cum antecedd. prorsus non cohaerent; particulae enim *οὐδὲ — οὐδέ* non coniungunt verba *ἐποιήσασθε* et *ἀντικατηλλάξασθε*, sed invicem sibi respondent, quamquam in or. in Phil. unicum quod ibi est *οὐδὲ* coniungit *ποιησάμενοι* et *ἀντικαταλλαξάμενοι*. Atque hinc, ni fallor, orta est nota, quam Bekker. posteriori addidit *οὐδὲ*, haec: „*καὶ* est infra or. 3, 17. nec minus placet, quod ibi est *φέρετε*" qua probare videtur *καὶ*. Sed quid multa? verissima est omnium Codd. lectio *ἀντικαταλλάξασθαι*. Iam constructio haec est: *Τιμοθ. οὐκ ἐποι. ὑπόλ. ἀντικαταλλάξασθαι τὰς τοιαύτ. εὐεργ., οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστ. κρίσ. οὐδὲ τῶν ὅρκων*, i. e. Timotheo in rationem non retulistis (i. e. noluistis) haec tanta beneficia neque cum iudicii quod tum exercebatur severitate neque cum iuris iurandi religione compensare; germanice: *ihr habt ihm nicht in Rechnung gestellt gegen einander aufzurufen.* A et L pro *ὑπόλογον* habent *ὑπὸ λόγον*.

χρήματ' αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων· τὸν 15
δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην (ἐξάγομαι γάρ), ὃν οὐχ
εἷς ἀνὴρ ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα
ἀποπέφαγκε χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν, καὶ ὃς ἀποπέφαν-
ται μισθαρνῶν καὶ δωροδοκῶν κατὰ τῆς πόλεως, καὶ ταῦτα
12 ἐξελήλεγκται, τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσε-
τε τοῖς ἄλλοις; ὃς οὐκ ἐκ τῶν βασιλικῶν μόνον εἰληφὼς
χρυσίον φανερός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως κεχρημα-
τισμένος· ὁ νῦν οὐδὲ τῶν ὑπὸ Ἁρπάλου κομισθέντων χρημά-
των εἰς τὴν πόλιν ἀποσχόμενος. καίτοι τί μέρος ἐστὶ τῶν ὑπὸ 16
Τιμοθέου πεπραγμένων ἀγαθῶν ἃς Δημοσθένης ἐπορεύσευεν
εἰς Θήβας πρεσβείας; ἢ τίς οὐκ ἂν καταγελάσειεν ὑμῶν τῶν
τοῦτο τολμώντων ἀκούειν, ἀντιθεὶς ἐφ' αἷς οὗτος σεμνύ-

αὐτὸς ἔφη] *Ipse fatebatur.* ut apud Aeschinem Timarchus. infra p. 110, 27. αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη. Utrum rectius? Reisk. Et ob sequens οὐχ εἷς ἀνήρ, et ob historiam valde mihi quidem placet quod infra est. Tayl annotat: „αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη propter hoc quod sequitur οὐχ εἷς ἀνήρ vid. or. contra Philocl. Gruter.“

15. Σκύθην] Sic appellat Demosthenem quod mater eius Κλεοβούλη civis Attica non fuit. vid. Ruhnk. ad Rutil. Lup. 2, 9. p. 117. locis ibi laudatis adde Zosim. Ascalon. vit. Dem. in calce vol. IV. or. gr. ed. Reisk. p. 146. et anonym. vit. Dem. ibid. pag. 152. seq. — ἀποπέφαγκε. Sic cum Bekk. ex A et B dedi pro vulg. ἀποπέφανται. — Pro μόνον in A et Z est μόνος. pro χρυσίον Z habet χρυσίους et in B et L non est φανερὸς sed φανερῶς.

ὁ νῦν] Sonat hoc meis quidem auribus nescio quid abruptum et male cohaerens, ut verear ne quid desit. Suspicor deesse hanc vel similem sententiam, πῶς γὰρ τῶν ὑμετέρων ἀφέξεται aut ἀπείχετο. Ecqui enim fiat, ut ille vestris a bonis manus continuerit, qui ne ab Harpalico quidem auro se intactum conservarit. Argumentatur a minori ad maius. Ab Harpali auro, ait, Demosthenes se continere non potuit, alieno, in urbem aliunde importato, cuius ipsi potestas non esset, quod sine periculo non tangeret. Quis credat hunc sancte et religiose bona vestra administrasse, praesentia, quae sub manibus haberet, nulloque cum periculo rationis reddendae versaret? Reisk. Fateor mihi quoque saepe hunc locum offensioni fuisse, ea tamen rectius fortasse ad Dinarchum quam ad librarios refertur. — In Z χρημάτων legitur post πόλιν.

16. τολμώτων et σεμνύνται] Sic corrigunt Scaliger,

νομίσμου τριακόσια τάλαντα λαβὼν εἰς τὴν ἐκείνων σωτηρίαν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ Ἀρκάδων ἡκόντων εἰς Ἰσθμὸν καὶ τὴν μὲν παρὰ Ἀντιπάτρου πρεσβείαν ἄπρακτον ἀποστειλάντων, τὴν δὲ παρὰ Θηβαίων τῶν ταλαιπώρων προσδεξαμένων, οἳ κατὰ θάλατταν μόλις ἀφίκοντο πρὸς ἐκείνους, ἱκετηρίαν ἔχοντες καὶ κηρύκια συμπεπλεγμένα, (ὡς 19 ἔφασαν) ἐκ τῶν θαλλῶν, ἐροῦντες τοῖς Ἀρκάσιν ὅτι οὐ τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας φιλίαν Θηβαῖοι διαλῦσαι βουλόμενοι τοῖς πράγμασιν ἐπανέστησαν, οὐδ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων

sequentem narrationem de Arcadibus ad liquidum perducere non potui, scriptores enim qui huc respiciunt neque satis diligenter rerum memoriam complectuntur et parum inter se consentiunt, vid. Diod. Sic. 17, 3. (coll. Iust. 9, 5, 3. Arrhian. exp. Al. 1, 1, 2.) c. 10. Arrhian. 1, 10, 1. Ps. Plut. pseph. 1. in calce libelli de X orat. t. 5. p. 172. Tauchn. Aeschin. in Ctes. p. 633. R. — *ἱκετηρία*. Harpocr. s. v. *ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος στέμμασι ἐστεμμένος*, cf. Suid. s. v. c. not. Kust. — *κηρύκια*. cf. Etym. magn. p. 512. init. Sylb., Suid. s. v. *κηρύκειον ξύλον*, *κηρύκειον* enim a *κηρύκιον* forma tantummodo differt, quam habes etiam in Anthol. t. 3. p. 66. et t. 4. p. 100. vid. Iac. animadv. t. II. p. 253. cf. Bentl. ad Hor. epod. 9, 16. Cur vero addit haec *κηρύκια* ex frondibus fuisse facta? fortasse ut indicet tantam eo tempore fuisse Thebanorum calamitatem paupertatemque, ut ne iusta quidem haberent *κηρύκια*. Sed articulum ante *θαλλῶν* non intelligo, fortasse vero sensus est, ex iisdem frondibus et *ἱκετηρίαν* et *κηρύκια* fuisse facta.

ὡς ἔφασαν] Quid hic loci sibi velit, parum intelligo. *ut aiebant*, quid opus erat affirmare et praetendere, *φάναι*, quod Arcades ipsi suis oculis credere poterant? Adeone arduum, discernere rami isti oleaene sint, an alius alicuius arboris? ut necesse esset supplicum Thebanorum affirmatione stare. Videtur haec parenthesis non suo loco stare, sed in alienum irrupisse. Conveniebat, meo quidem iudicio, collocetur pone *μόλις* versu superiori. *qui per mare aegre, ut ipsi quidem aiebant, in castra Arcadum pervenissent.* Reisk. *ὡς ἔφασαν* est: *ut tradebatur.*

19. *τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας*] *Τὴν* omittit Z.; *τοὺς* cum Bekk. ex A addidi.

βουλόμενοι τοῖς πράγμασιν, ἐπανέστησαν] Mutavi interpunctionem hanc vetustam nova, quam videre cuique est. *insurgere in res*, praesentes puta, aut vetustate confirmatas, est res novas moliri. In *πράγμασι* subauditur *τοῖς καθεστηκόσιν*. Reisk. Recte h. l. intelligens ante *τοῖς πρ.* interpunxit, sed Bek-

οὐδὲν πράξοντες, ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ πόλει γιγνόμενα φέρειν οὐκέτι δυνάμενοι, οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁρᾶν τὰς εἰς τὰ ἐλεύθερα σώματα γινομένας. οἷς ἑτοίμων γενομένων τῶν Ἀρκάδων βοηθεῖν, καὶ ἐλεησάντων ἐν οἷς ἦσαν κακοῖς, καὶ φανερὸν ποιησάντων ὅτι τοῖς μὲν σώμασι μετὰ Ἀλεξάνδρου διὰ τοὺς καιροὺς ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἦσαν, καὶ τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν Ἀστύλου ὠνίου ὄντος (ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπε) καὶ δέκα τάλαντα αἰτοῦντος ὥστε ἀγαγεῖν τὴν βοήθειαν τοῖς Θηβαίοις, καὶ τῶν πρεσβευτῶν ὡς τοῦτον ἐλθόντων, ὃν ἤδεσαν ἔχοντα τὸ βασιλικὸν χρυσίον, καὶ δεομένων καὶ ἱκετευόντων δοῦναι τὰ χρήματα εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρὸς οὗτος καὶ ἀσεβὴς καὶ αἰσχροκερδὴς ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι, τοσαύτας ὁρῶν ἐλπίδας ὑποφαινούσας

keri ratio, omnino non interpungentia videtur praestare. — γιγνόμενα] Sic recte, ut videtur, Bekkerus edidit e Z; vulgo legebatur γενόμενα.

ὁρῶντες εἰς] Interponi velim τὰς. Reisk. Recepi Bekkeri correctionem ὁρᾶν τὰς; libri habent ὁρῶντες.

μισεῖν. Reisk. Bekkerus ex A, B et Z edidit εἰδότες, quem secutus sum, cf. §. 14. — ἀμυνούμεθα] A et Z habent ἀμυνομεθα. — οὐδεμία πόλις] Bekkerus scribendum censet οὐδεμί' ἂν πόλις, diu est quod eadem mihi quoque in mentem venit coniectura, eamque etiamnum veram credo; addita enim particula minuitur dubitatio.

20. λαμβάνοντες] Nova et mira dictio δέησιν καὶ ἔλεον εἰς ἑαυτὸν λαμβάνειν. preces et commiserationem ad se non admittere, locum iis penes se nullum facere. Reisk. Negationem addere verbis graecis oblitus est. — ἀποδεδειγμένην] Z habet ἀποδεδειγμένης. — In fine §. pro τούτου in A a priore manu est τούτων.

21. τῶν προγόνων ὑμῶν] Fero; mallem tamen ὑμῖν. Reisk. Assentior.

ἀγαγεῖν] Malim κατάγειν. Reisk. Omnes Bekkeri codd. vulgatam firmant.

μηδὲ καὶ καταλλάξασθαι] Delevi καὶ, quod in Aldina non est, et nescio quo errore in Stephanicam venit. Reisk. Hoc καὶ abest etiam a Bekkeri codd.

ἀκριβῶς γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀκριβῶς, ὅτι ὑμεῖς μὲν πα-22
ρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπαινεῖσθε ταῖς γεγενημέναις ζητήσεσιν
ὑπὲρ τούτων τῶν χρημάτων, οἱ δ' ἐξεληλεγμένοι κατὰ τῆς
ἑαυτῶν πατρίδος δῶρα εἰληφότες πονηροὶ καὶ ἄδικοι καὶ
μισόδημοι νομίζονται εἶναι, φιλεῖν ὑμᾶς φάσκοντες καὶ πράτ-
τειν ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως ἀγαθῶν, καὶ δι' ὑμᾶς ἔνδοξοι
γεγενημένοι.

22. τάῖς γεγενημέναις] Subaudi ἐπὶ. nisi potius praepositio excidit. Reisk. Quidni dativus instrumentum indicet? — ἐξεληλεγμένοι] Z habet ἐληλαγμένοι.

δι' ὑμᾶς ἔνδοξοι] Post ὑμᾶς posui comma. Idem est ac si dixisset, νομίζονται πονηροὶ, διότι γεγόνασιν ἔνδοξοι διὰ τοῦ φάσκειν φιλεῖν ὑμᾶς καὶ πράττειν ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ δι' ὑμᾶς πόνους, οὐχὶ δὲ δι' ἐργους. Alias καὶ hoc versu sit delendum. Reisk. Cum Bekkero sustuli illud comma, posterius καὶ participia, antecedens vero infinitivos iungit.

EXCURSUS.

DE DUABUS ORATIONIBUS IN ARISTOGITONEM DEMOSTHENI VULGO ADSCRIPTIS, AD §. 18. DINARCHEAE ORATIONIS IN ARISTOGITONEM.

Nota res est dissensisse iam veteres de auctore orationum in Aristogitonem Demostheni vulgo adscriptarum, alii enim utramque denharunt, alii, primam genuinam putantes, secundam Demosthenis ingenio prorsus habuerunt indignam [1]), Photius denique utramque Demosthenis esse contendit [2]). Verum cum alii addant sententiae suae argumenta, alii ea reticeant, singula testimonia accuratius sunt examinanda.

Lexicographi, ut ab his exordiar, parum sibi constant. Harpocratio s. v. ἔνδειξις utramque laudat orationem tanquam ἐνδείξεως exemplum; s. vv. ἀπεσχοινισμένος, βούλευσις et βασίλειος στοά laudat Δημοσθένην ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος πρώτῳ; s. vv. ἀνασείσας, ἀνίδρυτος, ἀργᾶς, γνῶσις, ἔναι, μετοίκιον, κιγκλίς, ὁμοῦ, πληρωτής et Φαρμακός nudé laudans Δημοσθένην ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, primam orationem intelligit; s. vv. Θεωρίς [3]) et νεαλής iterum primam intelligens, auspectae eam esse fidei significat adiiciendo εἰ γνήσιος. De Suida, Harpocrationis perpetuo sectatore, brevior esse possum. Secundam orationem nusquam affert; s. v. βουλεύσεως laudat primam; s. v. Θεωρίς uti Harpocratio addit εἰ γνήσιος; ceteris locis [4]) simpliciter laudat Demosthenis ora-

1) Vid. Libanii argum. p. 769. extr. ed. Reisk. Eadem fere atque Libanius habet etiam Gregor. Corinth. in Schol. ad Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος, in Reisk. orat. gr. tom. VIII. p. 945. seq.

2) Bibl. cod. 265. p. 800. ed. Hoesch.

3) Hodie hoc nomen non occurrit in oratione in Aristog. sed aperte Harpocr. respicit ad p. 793, 27. ubi pro Θεοδωρίδα scribendum est Θεωρίδα, quod habent etiam nonnulli codices Bekkeri.

4) S. v. ἐμφρεάτοι male a Suid. laudatam esse orationem nostram, Kusterus iam docuit; idem tamen error invenitur etiam in Etym. magn. p. 344, 26. Sylb. Recte etiam Kust. correxit corruptum illud ἐμφρεάτοι. Nata corruptela est ex pronunciatione.

tionem in Aristogitonem, atque sic in Photii Lexico [5]), in Etymologico magno [6]) et in Lexicis Seguerianis [7]) semper factum est. Pollucem ceterosque Lexicographos conferre nunc non potui, quamquam illum utramque orationem pro suppositicia habuisse, vel ex A. G. Beckeri libro de Demosthene [8]) notum est. Verum tamen illorum scriptorum auctoritatem non magni facio, si quidem, uti supra dixi, et parum sibi constant neque addunt causas, ob quas vel damnandae videantur orationes vel inter Demosthenicas referendae. Sed cum plerisque locis, ubi laudant primam orationem in Aristogitonem, neque numeri notam addant, neque dubiae eam esse fidei significent (atque sic etiam factum a Ruhnkenii Schol. ad Platonis Phaedonem [9])), facile intelligitur, et primam orationem pro genuina haberi solitam esse, et secundam vel omnino multis Demosthenis exemplaribus non fuisse additam, vel in eo fere consensisse viros doctos ut eam Demosthene indignam crederent. Plinii [10]) etiam testimonium, non pauca ex prima oratione afferentis quibus magno opere delectatur, satis ostendit illis temporibus de auctore primae orationis aut omnino non esse dubitatum, aut ipsum certe Plinium non dubitasse.

5) s. v. ὁμόσε ἰέναι p. 244. ὁμοῦ p. 244. κληρωτής p. 320. φάρμακος p. 467. (ubi pro ἐξαιρήσεται leg. ἐξαιτήσεται, ut bene iam monuit Schleusn.) Θεωρίς p. 71. ubi additum, εἰ γνήσιος.

6) p. 338, 52. et p. 788, 2.

7) p. 78, 9. (quo loco contendit Lexicographus verbum ἀγοράσαι ἀντὶ τοῦ ἀτήσασθαι, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν occurrere apud Dem. in or. in Aristog.; male, neque enim in prima neque in secunda oratione illud verbum occurrit. Suidas sub eadem voce laudat Hyperidem, Harpocratio Hyperidis orationem Deliacam, cuius fragmentum hanc vocem continens inveniri dicitur apud Hermogenis Schol. mihi adhuc intactum) 106, 2. 109, 14. 123, 27. 131, 21. 139, 33. (quo loco permagna corruptela non latet, sed lectoris oculis apertissime obiicitur. Uti enim nonnulla locus legitur, ad demonstrandum, vocem ἔνοχος requirere dativum, duo offeruntur exempla, alterum ex nostra or. p. 785, 14., alterum ex or. in Neaer. p. 1374, 23. in quorum neutro occurrit verbum ἔνοχος, in utroque tamen habes ἐξεῖναι cum dat.; hinc igitur rem explico sic: Lexicographus primo loco docens, verbum ἔνοχος iungi cum dativo, scripsit: ἔνοχος· δοτικῇ. ἐκ τοῦ κατὰ Ἀριστογείτονος — iam potuit addere huius orationis p. 774. extr. verba haec: ἀμφοτέροις τούτοις οὗτος ἔνοχος ἂν φανήσεται. — tum subiecit: ἐξεῖναι, vel ἔξεστι· δοτικῇ. ἐκ τοῦ κατὰ Ἀριστογείτονος, additis deinde exemplis iis quae nunc legimus s. v. ἔνοχος; librarius vero, cum utraque explicatio iisdem inciperet verbis, a prima ad secundam oculis aberrans, ad ἔνοχος addidit quae ad ἐξεῖναι pertinebant.) 151, 26. 155, 8. 157, 5. 162, 15. 165, 11.

8) *Demosthenes als Staatsmann und Redner*, vol. II. p. 401.

9) T. I. p. 343. ed. Tauchn. Memoriter ibi, eamque ob causam recedens paululum a vera scriptura, laudat orationis nostrae p. 785, 24. Etiam Schol. ad Aristoph. Nub. v. 773. Herm. hanc intelligit orationem.

10) Epist. 9, 26. Locos ibi laudatos invenies p. 778, 16. 795, 12. 771, 26. 793, 4. 785, 3. 784, 8.

Plurimi vero aestimanda Longini [11] τοῦ πρωτικωτάτου auctoritas est; non addit ille quidem causam cur hanc primam orationem a Demosthene profectam esse credat, verum hoc non fuit illius loci, atque haberemus eam haud dubie, nisi intercidissent eius libri qui inscripti fuerunt *Οἱ φιλόλογοι* [12]). Plutarcho [13]) etiam una Demosthenis oratio in Aristogitonem nota fuit, quamquam ex eius verbis perspici non potest utram intelligat.

Dionysius Halicarnassensis vero utramque orationem ob dicendi genus Demosthenī abiudicavit, idque non tantum ex Libanii argumento [14]), scimus, verum ex ipsius etiam Dionysii opere de admir. vi dict. in Dem. [15]); verba eius haec sunt: *εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς, καὶ φορτικοὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαί, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος β΄, — ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς οὐδ' ὁ Δημοσθένης οὐκ ἔγραψε κ. τ. λ.* Taylorus [16]) quidem et Bekkerus [17]) ad secundam tantum orationem Dionysii iudicium transtulerunt, scilicet verborum sensum non perspicientes, quem egregie, ut solet, Seidlerus mihi explicuit, notam illam β΄ interpretans per *δυάδα*, eamque explicationem esse veram iam arguit articulus *τῇ*, inepta enim est Taylori ratio *κατηγορίᾳ* intelligentis. Ad rem ipsam autem quod attinet, nolim equidem Dionysio magnam habere fidem; non tantum quod in universum huius scriptoris ars critica super Krügeri [18]) mei docta censura aliquam antiquae gloriae amisit partem, verum etiam quod cum alias tum hac potissimum in causa argumentis ex sola dicendi ratione petitis non multum tribuendum videtur [19]); siquidem neque credibile est Longinum hanc rem neglexisse, et Plinius iis ipsis locis valde delectatur, quibus alii offenduntur [20]); atque idem Reiskio etiam accidit [21]). Audiendus vero Libanius etiam est, qui contra Dionysium monet haec:

11) De Sublim. 27, 4. Locus, quem laudat, legitur in prima p. 77. Numeri tamen notam addidit nullam.

12) De illis libris cf. Rahnk. dissertat. de Longino cap. X. opusc. orat. philol. crit. p. 328. seq.

13) Vit. Dem. c. 15. Anonymi interpretis ad Cic. Verr. act. 2. lib. I. c. 21. (p. 386. ed. Orelli), qui secundae orationis verba nonnulla (p. 802. extr.) afferens neque numeri notam addit neque de Demosthene auctore dubitare videtur, non magni equidem facio auctoritatem.

14) p. 769. *Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασεὺς οὐ δέχεται τούτους τοὺς λόγους Δημοσθένους εἶναι, ἐκ τῆς ἰδίας ἐκπαιδεύσεως.*

15) Cap. 57. tom. 6. p. 247. ed. Taucha.

16) In praef. ad or. in Aristog. in Reisk. orat. gr. t. IX. p. 802.

17) l. l. p. 400.

18) Vid. eius Proleg. ad Dion. Hal. Historiographica.

19) Cf. Rüdigeri Dissertat. de can. Philipp. Dem. Friberg. 1820. 8. p. 20.

20) Vid. Plin. l. l.; verum idem iam monuerunt Tayl. l. l. p. 803. et Beck. l. l. p. 400. 403.

21) Vid. eius notas tom. XI. p. 1192. 1196. 1197. 1199. et alibi.

οἱ δέ φασιν ἐπίτηδες τὸν ῥήτορα τοιούτον χαράξαι (sc. eo quem vituperavit Dionysius) κεχρῆσθαι, ζηλώσαντα Λυκοῦργον εὐδόκιμοῦντα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δέ, ἐπειδὴ τὸν κατὰ τῆς ἡλικίας χρόνον εἰς τὴν πρωτολογίαν ἔλαβε Λυκοῦργος καὶ πᾶσι τοῖς κεφαλαίοις, αὐτὸς ἐχρήσατο, ὁ Δημοσθένης ἠναγκάσθη λοιπὸν φιλοσοφώτερον μετελθεῖν καὶ παιδικῶς. Postrema haec praecipue mihi placent; nam si Lycurgus gravissimus orator satis iam omnia explanaverat, necessarium fuit ut, qui secundo loco verba faceret, fere cogeret firmis argumentis, nisi res, de quibus iam actum erat, iterum tractare vellet.[22]) Neque hoc contra moneri potest quod habemus δευτερολογίας firmissimis argumentis abundantes, ex. gr. eximiam illam orationem adversus Leptinem; nam si, qui priore loco verba fecerat, in illustranda causa minus accurate erat versatus, δευτεραγωνιστῇ supplenda ea erant quae omiserat ille. Accedit denique Photii testimonium, quod propterea non minimi facio, parum curans quae Taylorus contra disputat[23]), quod non dicendi genere sed rebus historicis nititur. Eius enim verba (l. l.) haec sunt: Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τοὺς δύο κατὰ Ἀριστογείτονος ὡς νόθους παραγράφονται. ἀλλ' οὗτοι καὶ ὀρφανοὺς αὐτοὺς ἀφιᾶσιν, οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν τοὺς γεγόνοτας· ὧν εἷς γέγονε καὶ Διονύσιος ὁ Δικαρναεύς, οὐδὲν μέγα τεκμήριον τῆς ἰδίας ὑπολήψεως παρεχόμενος, οὐδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν ἐθέλησας, ὡς πολλῷ μείζων ἐστὶν ἡ περὶ ἐκείνου ἀπόφασις, αὐτὸς Ἀριστογείτων ὁμολογῶν Δημοσθένην κατ' αὐτοῦ γεγραφέναι· καὶ γὰρ ἀπολογούμενος οὐκ ἐν τῷ παρέργῳ λέγων ἀλλ' ἐπιμελῶς ἀγωνιζόμενος, ἐν τῷ λόγῳ δείκνυσι, ὃς ἐπιγέγραπται, ἀπολογίᾳ πρὸς τὴν ἔνδειξιν Λυκούργου καὶ Δημοσθένους.

Hactenus de veterum testimoniis, ex quibus, nisi aliunde

22) Cf. Beck. l. l. p. 402., qui tamen nunquam mihi quidem persuadebit, ea etiam excusari posse infirmia argumenta, quod Aristogitonis mores pessimi omnibus fuissent noti, quamquam res ipsa satis est vera, adeo ut auctor Prolegg. rhetor. in Fabric. Bibl. gr. t. IX. p. 598. Aristogitonem συκοφαντικῆς rhetoricae principem appellet; et Suida auctore Aristogito διὰ τὴν ἀναίδειαν cognominatus est κύων. Quod enim apud Suidam narratur, duos fuisse Aristogitones, alterum Cydimachi vel Lysimachi, alterum Scydimi filium, id mihi quidem credibile non est, cum et de utroque fere eadem ipse tradat Suid. et illud Σκυδίμου facile e Κυδιμάχου (is enim Aristogitonis fuit pater, vid. Dinarch. in Ar. §. 8.) oriri potuerit; Ruhnkenius etiam de uno tantum loquitur Aristogitone in Hist. Crit. or. gr. p. LXXVI. Illud vero explicare nequeo, quod idem Suid. et Eudocia (Villois. anecd. I. p. 65.) loquuntur de Aristogitonis ἀπολογίᾳ πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγόν. Ceterum ad δευτερολογίας quod attinet, cf. Wolfii prolegg. ad Dem. Lept. p. XXXXVIII. seq., Theon. Soph. progymn. p. 9. ed. Camer. Gregor. Cor. in Schol. ad Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος in Reisk. Or. Gr. t. 8. p. 944. seq.

23) l. l. p. 802.

auxilii quid accedit, vix certi quidquam efficitur.[24]) Iam ad recentiores transeamus.

Casaubonus[25]) orationes nostras simpliciter abiudicat Demostheni, atque secundam F. A. Wolfius etiam ut suppositiciam notavit[26]), de priore dubitare videtur[28]) aeque ac Lobeckius[27]). Sed cum hi viri, argumenta adiicientes nulla, indicent tantum quid sibi videatur, iam missos eos faciens Taylori et Beckeri, qui fere eodem modo disputat atque ille, quantum fieri potest excutiam argumentationes. Taylorus[29]) igitur de primae orationis auctore, „dum Aristogitonis, inquit, mores insectatur, hominem increpat, non percellit, ut semper solet noster [Demosthenes]: dum de Rep. disserit, quod hic praeter solitum longiuscule facit, — aliquando totus friget, qualem dixeris, qui arma non ex Rhetorum officinis sumserit verum ex Philosophorum umbra atque ambulationibus. Praeter ea sententiis saepissime durus est et impeditus, turbidus etiam et lutulentus et si compositionem spectes, neque numeris néque nitore ad Demosthenis felicitatem unquam fere assurgit.“ Et alibi „tota fere oratio, inquit, convicium acre, ἀπόδειξις nulla.“ Prorsus eadem sentit etiam Beckerus, et ob fucatam quam deprehendere sibi visus est dictionem, aeque ac Taylorus[30]) hanc orationem habet pro declamatione Alexandrinorum aevo confecta; secunda autem oratio, si Demostheni mediocri esse liceat, utrique critico genuina videtur.[31])

Miror quod nemo ad demonstrandum, Demosthenem primae orationis auctorem esse non posse, usus est hoc eius loco[32]): ἀλλ', Ἀριστογείτων, ἑπτὰ γραφὰς κέκρικάς με, τοῖς ὑπὲρ Φιλίππου τότε πράττουσι σαυτὸν μισθώσας, καὶ εὐθύνας διδόντος δὶς κατηγόρησας. Mihi certe de hac re aliunde nihil innotuit, nisi quod ex Fabricii indice scriptorum in commentariis ad Hermogenem laudatorum[33]) didici, Aeschinem atque Demosthenem ab Aristogiton φιλιππισμοῦ esse argutos; sed fieri facile potuit ut vel me fugerint loci quidam huc pertinentes, vel ut in tanta scriptorum vet

24) Cf. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. XXXXVIII. not.
25) In comment. ad Theophr. Char. eth. p. 81. 90. ed. Fisch.
26) In Prolegg. ad Dem. Lept. p. CXXXX. not.
27) In Prolegg. ad Hom. l. l.
28) In not. ad Phryn. p. 59. Duporti et Heraldi, qui, ut nam Becker., etiam damnarunt orationes nostras, propterea examinare non p tui sententias, quod eorum libri mihi non sunt ad manus.
29) l. l. p. 801.
30) l. l. p. 802. init.
31) Vid. Becker. l. l. p. 404. In notula huic paginae adiecta ita dem videtur disputare Beck. tanquam ipse primus hoc contenderit; sed litur, Taylorus enim idem statuit.
32) p. 781, 5.
33) Biblioth. Gr. t. IV. p. 464. Ipsos commentarios conferre non p

rum factura nihil omnino hac de re ad nos pervenerit.[34]) Sed redeo ad Taylorum et Beckerum.

Id quidem libenter illis viris concedo, multo minorem in prima oratione argumentorum esse vim, quam qua alias Demosthenes excellere solet, cuius tamen rei causam optime, ut supra iam indicavi, a Libanio explicatam esse credo. Quod tamen Beckerus de fucata dictione monet, id secus mihi quidem videtur; multa enim audacius potius sunt dicta, quam ut aut fucata oratio dici queat aut declamationi similis videatur; sed missam faciam hanc quidem rem.

In eo vero magnopere errasse Taylorum et Beckerum arbitror, quod toti orationi nihil omnino inesse putantes argumentationis pro declamatione eam habuerunt. Quid enim? num illud nihili faciendum est, quod tot tantaque Aristogitonis eiusque cognatorum facinora non commemorantur tantum, verum testimoniis allatis quantum fieri quidem potuit firmantur etiam[35])? Imo ob has ipsas causas quovis pignore equidem contendo nullo modo hanc orationem declamationem esse posse, sed ab Aristogitonis aequali quodam scriptam forensi non caruisse luce. Noli enim credere declamationum auctores tales etiam res ex veteribus exemplaribus depromtas operibus suis intexuisse; eorum enim fuit potius, hominis contra quem verba facerent in universum increpata magis quam demonstrata malitia ad locos communes confugere et de praeceptis ad mores spectantibus deque reip. institutis nugari. Atque, nisi prorsus ego fallor, eae ipsae res, quae quidem me commoverunt ut statuam primam orationem Demosthenis aevo esse confectam, Boecklium[36]) etiam ut idem sentiret impulerunt, quamquam eius sententia serius mihi innotuit.

Sed hic locus aptissimus est, quo de secunda etiam oratione fiat iudicium.

Quod Taylorus atque Beckerus contendunt, nihil esse in hac oratione quod iure vituperari queat, si mediocri esse liceat Demostheni, id mihi quidem pessime videntur fecisse; haud enim invenias inter Demosthenis opera orationem tam frigidam, tam ab oratoris acumine abhorrentem et in sententiis generalibus tantummodo versantem, quam haec est, adeo ut si ex duobus unum esset eligendum, equidem iis multo magis assentirer, qui secundum Libanium[37]) τὸν μὲν πρότερον δέχονται Δημοσθένους εἶναι, τὸν

34) Fortasse hae accusationes in id tempus incidunt, de quo loquitur p. de cor. p. 310. cf. Plut. vit. Dem. c. 21.

35) Vid. ex. gr. p. 781. 783. seq. 787. seq. 789. Non pauca illorum horum tradit etiam Dinarch. in Arist. Vid. §. 8. seq. testimonia vero nulla.

36) Oecon. civil. Athen. tom. I. p. 37. not.

37) In fine argumenti.

δὲ δεύτερον οὐδαμῶς, οὐδὲν ἄπορον ἔχοντα τῶν ῥήτορος, quam ut in Taylori et Beckeri partes abirem. Sed si probatum fuerit meum de prima oratione iudicium, re vera habitam esse illam orationem in causa contra Aristogitonem nulloque modo pro declamatione esse habendam, magnum inde firmissimumque argumentum prodire mihi videtur, hanc orationem re vera esse declamationem. Quaero enim quomodo factum sit, ut in una eademque causa duae habitae sint δευτερολογίαι; primam enim esse δευτερολογίαν, et Libanius affirmat et ipsius orationis quaevis fere pagina ostendit; secundam vero non priore loco esse habitam, orationis initium [38]) satis arguit, neque tertiarum partium actori tribui eam posse, ex eo colligo, quod ubi leguntur haec: ὅτι μὲν γὰρ πονηρὸς καὶ τὸν τρόπον ἄδικος (scil. Ἀριστογείτων), ἱκανῶς ὑμῖν, ὡς ἔγωγ' οἶμαι, ἐκ τῶν προειρημένων Λυκοῦργος ἐπιδέδειχεν [39]), praeter Lycurgum nulla alius accusatoris fit mentio, attamen auctor prioris orationis non minima τῆς ἀδικίας καὶ πονηρίας argumenta protulerat. Adde etiam quod, si tres fuissent Aristogitonis accusatores, tertii etiam nomen; non minus haud dubie in titulo orationis, quam ut se defenderet habuit Aristogiton, inveniremus quam nunc Lycurgi Demosthenisque nomen in eo occurrit, uti docet Photius. Denique ne illud quidem omittendum est, quod falsissime magnoque inscitiae documento huius orationis auctor narrat: Μιλτιάδην δὲ καὶ Περικλέα ὄφλοντας, τὸν μὲν τριάκοντα τὸν δὲ πεντήκοντα τάλαντα, ἐκτίσαντας οὕτω δημηγορεῖν (sc. φασίν). [40]) Quae quidem omnia si reputo primamque orationem cum hac secunda comparo, valde mihi quidem est verisimile hanc illius meram esse imitationem [41]), eamque ipsam ob causam Demosthenis operibus antiquitus iam additam.

38) Est vero hoc: "Ὅτι μὲν τοίνυν καὶ ὀφείλει τῷ δημοσίῳ Ἀριστογείτων οὗτοσὶ καὶ οὐκ ἔστιν ἔπιτιμος καὶ αἱ νόμοι διαρρήδην ἀπαγορεύουσιν ἐν τῷ δήμῳ μὴ ἐξεῖναι λέγειν τοῖς τοιούτοις, φανερῶς ἐπιδέδεικται.

39) p. 805, 10.

40) p. 862, 20. A. Wolf. annotat: „De Pericle esto, Miltiadem vero in carcere computruisse tradunt." Quamquam illud quidem hodie nemo credet Wolfio, Miltiadem in carcere computruisse, vid. Mitford. Hist. Gr. t. II. p. 128. not. Eichst. interpr. germ. (scriptoribus ibi laudatis, qui narraverint de Miltiadis morte in carcere, adde Diod. Sic. fragm. lib. 10. tom. 6. p. 40. seq. ed. Tauchn. Cic. de Rep. 1, 3. Gell. n. a. 17, 21.); certissimum tamen est Miltiadem litem aestimatam non solvisse; vid. Diod. Sic. l. l. Bosii not. ad Nep. Cim. 1. 1. t. 1. p. 174. ed. Bard. et, quos locos minus accurate indicatos invenio, Plut. Cim. c. 4. Plat. Gorg. p. 516. extr. Steph.

41) Cf. p. 801. extr. cum p. 777, 11. p. 801. init. et 808. fin. cum p. 774. med. p. 805, 10. cum p. 773. fin. p. 805, 14. cum p. 781, 10. p. 806, 25. cum p. 783, 1. p. 807, 3. cum p. 782, 7. Non possum vero quin de alio etiam loco disputem, qui fortasse pro novo argumento haberi potest, spuriam esse secundam orationem. Verba quae leguntur p. 801, 20. καὶ τιμωρίας

Sed antequam ulterius progrediar, Taylori corrigendus quidam error est. Ille enim in fine praefationis[42]), „in litteris, inquit, quas exsul [sc. Demosthenes] S. P. Q. A. pro liberis Lycurgi dedit, si tamen dederit, hanc ad causam saepius alludit, et simul prodit quam parum prospere a se et Lycurgo fuerit agitata. Equidem unum tantum locum huc qui trahi possit in illa epistola inveni hunc[43]): *ἐρωτήσατ' αὐτόν* (scil. *τὸν Μοιροκλέα*[44])), *ἡνίκα Ταυρέας καὶ Πάταικος καὶ Ἀριστογείτων καὶ αὐτὸς εἰς τὸ δεσμωτήριον παραδοθέντες οὐ μόνον οὐκ ἐδέδεντο ἀλλὰ καὶ ἐδημηγόρουν.* Ut Demosthenes illis verbis ad hanc causam alludat, quod dubitari iure potest, tamen quomodo simul prodiderit, quam parum prospere a se et Lycurgo fuerit agitata illa, ego perspicere nequeo; Dinarchus contra indicat Aristogitonem causa cecidisse[45]). Scilicet Taylorus illos in mente habuit locos, quibus epistolae auctor dicit eiusdem criminis se esse damnatum, cuius absolutus sit Aristogito[46]). Sed illi loci huc prorsus non pertinent; Demosthenes enim *δωροδοκίας* accusatus et causa cadens exsilio mulctatus est; in nostra tamen oratione *δωροδοκίας* nulla fit mentio, quamquam notum est Aristogitonem quoque huius criminis reum fuisse; discimus igitur ex illa epistola, qui fuerit exitus eius causae, in qua Dinarchi oratio in Aristogitonem est habita.

Quoniam autem Reiskius, in eo mecum consentiens, quod primam orationem Demosthenis aevo tribuit, Hyperidem eius esse auctorem contendit[47]), haec etiam sententia in litem vocetur, idque eo magis videtur necessarium esse, quo infirmioribus falsissima illa opinio a Beckero impugnata est argumentis, aliis enim utitur fere nullis quam quae traxit ex descriptione stili et dictionis

ὁ Σόλων τοῖς μὲν ἰδιώταις ἐποίησε βραδείας, ταῖς δ' ἀρχαῖς καὶ τοῖς δημαγωγοῖς ταχείας, ὑπολαμβάνων τοῖς μὲν ἐνδέχεσθαι καὶ παρὰ τὸν χρόνον τὸ δίκαιον λαβεῖν, τοῖς δ' οὐκ εἶναι περιμεῖναι. haec inquam verba aliter, secundum meum quidem iudicium, intelligenda non sunt quam ut sensus sit: privati quovis tempore mulctari facile possunt, magistratus non item. Sed aut memoria prorsus me fallit, aut semper *δίκην* vel *δίκαιον λαμβάνειν* significat *poenam sumere*, non, *dare poenam*. Eadem H. Wolfii etiam mens videtur fuisse, corrigendum enim censet: *παρὰ τῶν μὲν ἐνδ. καὶ μετὰ χρόνον τὸ δίκ. λαβ. ἐπὶ τῶν δ' οὐκ εἶν.* cet. Reiskius vero contra totius loci sensum *τοῖς μὲν* trahit ad privatos ab aliis iniuria lacessitos et contendit *λαμβάνει τῷ ἀδικουμένῳ τὸ δίκαιον* dici de iudice iniuriam vindicante; quem usum etiamsi exemplis firmasset, tamen a nostro loco alienum esse, et antecedentia et sequentia satis docere mihi quidem videntur. Male idem Reisk. ex mera coniectura pro *τοῖς δ'* edidit *τοὺς δ'*.

42) p. 806.
43) p. 1478.
44) De hac cf. Ruhnken. histor. crit. or. gr. p. LXXIX.
45) In or. in Aristog. §. 13.
46) p. 1483. 1485.
47) Sic ridiculam illam opinionem quam profert in nota ad Din. in Ar. 13. ipse retractavit.

Hyperidearum orationum, a Dione Chrysost. et Dionysio Halic. nobis tradita. Significavit quidem in fine disputationis viam qua sola verum potuit inveniri, eam tamen aut leviter tantummodo attingit aut errore etiam obscurat.

Scilicet notum est Hyperidem habuisse orationem contra Aristogitonem, et hinc Reiskius [48]), narrans Harpocrationem, Ulpianum ad Olynthiacam secundam et Suid. s. v. ἀπεψηφίσατο hanc orationem Hyperidi tribuere, non dubitat quin hic sit auctor, gratulaturque eius memoriae, ad nos monumentum unum aliquod huius tanti ingenii, magnique id faciendum, iniurias temporum evicisse. [49])

Beckerus contra hanc opinionem, postquam attulit argumenta e dicendi ratione ducta, disputat haec [50]): *Wahrscheinlicher würde schon jene Behauptung seyn, wenn erwiesen werden könnte, dass Hyperides nächst Lykurg und Demosthenes in diesem Process als Kläger wider Aristogiton aufgetreten sey. Zwar wird von den Alten einer Rede des Hyperides wider Aristogiton* [in notula addit: Suid. v. ἀπεψηφίσατο. Harpocr. p. 138. 167. 220. ed. Mauss.] *und es könnte scheinen, als ob es die vorliegende sey. Allein abgesehen, dass die dort angeführten und erläuterten Wörter in dieser Rede nicht vorkommen, wissen wir auch, dass Hyperides später bei Gelegenheit des Harpalischen Processes jenen anklagte, und bei dieser Veranlassung die angeführte Rede gehalten.*

Lubenter scire vellem, unde Beckerus didicerit Hyperidem in causa Harpalica contra Aristogitonem egisse, mihi certe nullum huius rei testimonium innotuit; contra ostendam, si modo licet eo uti verbo in re multis sane notissima, Hyperidem psephismatis a se lati causa ab Aristogitone esse accusatum atque tum orationem illam contra eum habuisse.

Photius [51]) et Pseudo-Plutarchus in vita Hyperidis disertis [52])

48) In praefatiuncula ad hanc orationem p. 1187. At misere ego fallor aut Reisk. illos locos Harpocrationis, Ulpiani et Suidae nunquam ipse inspexit, sed ex Fabric. Bibl. gr. t. I. p. 876. sine ulla mutatione descripsit, insignemque Fabricii errorem propagavit. In accessionibus enim ad Ulpian. Schol. in Dem. Olynth. II. in Wolf. ed. Dem. t. V. p. 264. coll. l. extr. leguntur haec: παραλαμβάνεται [scil. τὸ διαθέσθαι] δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ συνθέσθαι ὡς Ὑπερίδης; paulo post affertur fragmentum orationis Isaei contra Aristogitonem; Fabricius igitur, minus accurate h. l. legens Isaeique nomen non animadvertens, quod ad hunc referendum erat, ad Hyperidem retulit. Διαθέσθαι autem significatione verbi συνθέσθαι occurrit in Hyperidis oratione contra Demosthenem, vid. Harpocr. s. v. διάθεσις, Zonar. s. v. διαθέσθαι, ad quem locum Tittm. iam annotat secundum Harpocrationem hoc verbum in Hyperidis oratione contra Demosthenem occurrisse.

49) In not. ad Dem. 1199.

50) l. l. p. 408.

51) Cod. 266. p. 807. vers. fin. ed. Hoesch.

52) Plut. Mor. t. 5. p. 167. ed. Tauchn.

verbis narrant, Hyperidem propter legem post pugnam Chaeronensem latam, ex qua inquilini cives, servi liberi fierent, sacra vero, liberi et mulieres in Piraeeum deducerentur, ab Aristogitione *παρανόμων* accusatum iudicio vicisse. Quam rem egregie firmat Lycurgus[53]), a quo docemur etiam, ex Hyperidis lege senatum quingentorum in Piraeeum fugisse; et *ἀτίμους* factos esse *ἐντίμους*. Idem etiam narrat Pseudo-Demosthenes in oratione in Aristogitonem[54]), neque Longini[55]) omittendum testimonium est, quamquam ille breviter tantummodo attingit hanc rem. Denique Rutilii Lupi accedit auctoritas, qui Hyperideae orationis adversus Aristogitonem servavit fragmentum, de quo infra erit sermo. Apparet vero ex illo fragmento, decrevisse etiam Hyperidem ut exules restituerentur.[56])

Sed iam videamus fragmenta ex Hyperidis oratione adversus Aristogitonem; ea enim omnia, quae quidem mihi hucusque invenire licuit, aut aperte ex hac ipsa oratione, cuius indicavi argumentum, sunt depromta, aut certe ita sunt comparata, ut nemo probare possit ea inde sumta non esse. Sunt autem haec:

Εὐρυσάκειον] vid. Harpocr. s. v. ubi explicatur etiam quid fuerit *εὐρυσάκειον*.

Κεκροπίς] vid. Harpocr. s. v.

Ναύκληρος] vid. Harpocr. s. v. idque vocabulum in illa oratione secundum Harpocr. dictum erat *ἐπὶ τοῦ μισθωμένου ἐπὶ τῷ τὰ ἐνοίκια ἐκλέγειν ἢ οἰκίας ἢ συνοικίας*. Idem sub eadem voce habent etiam Suidas et Photius, quamquam in universum tantummodo laudantes Hyperidem[57]).

Οἰνητῖς] vid. Harpocr. s. v. Arctissime cum hoc verbo cohaeret fragmentum, quod habet Harpocr. s. v. *Οἰνόη καὶ οἰνοαῖος*. est vero hoc: *Καὶ ἔφασαν ἐν Οἰνόῃ ἀκοῦσαι ὅτι μάχη εἴη γεγονυῖα*.

S. v. *ὅσιον* Harpocratio, Suidas et Photius (qui laudat Ὑπε-

53) Orat. in Leocr. c. 6. p. 147. R. c. 11. p. 164. 166. R. Recte enim priorem etiam locum huc traxit Taylorus in prolegg. ad Lycurg. p. 44. seq. ed. Beck.

54) p. 803. extr. Additur ibidem illius legis causa haec: *ἵν' ὁμονοοῦντες ἅπαντες ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας προθύμως ἀγωνίζωνται, ἐάν τις κίνδυνος τηλικοῦτος καταλαμβάνῃ τὴν πόλιν* (obiter moneo *ὑπέρ* praepositionem in verbis quae mox sequuntur, a Reiskio uncis inclusam, firmari extremis verbis Lycurgeae orationis in Leocratem); unde colligere possis non tantum ad pugnam Chaeronensem spectasse illam legem, sed iussum esse, ut quandocunque similis isti pugnae calamitas accidisset, inquilini fierent cives etc. Nescio tamen rectene tanta declamationis istius auctori haberi possit fides.

55) De sublim. 15, 21.

56) Cf. Meieri mei Histor. iur. Att. de bon. damn. p. 50. seq. not.

57) De significatione verbi *ναύκληρος* vid. Boeckh. Oecon. civ. Athen. t. 1. p. 155. 329.

ρίδην ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, cum alibi vocare hanc orationem soleant: τὸν πρὸς Ἀριστογείτονα [58]) servaverunt fragmentum hoc: Καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια. [59])

Suidas s. v. ἀπεψηφίσατο huius orationis hoc habet fragmentum: Ὅπως πρῶτον μὲν μυριάδας πλείους ἢ δεκαπέντε, τοὺς ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἄλλην χώραν· ἔπειτα τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ καὶ τοὺς ἀτίμους καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους καὶ τοὺς ἀποίκους. [60])

Ruhnkenii Scholiasta ad Platonis Phileb. t. III. p. 307. ed. Tauchn. servavit fragmentum hoc: Καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς παροιμίας δύνασαι μανθάνειν τὸ μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. [61])

Denique recte haud dubie ad hanc orationem retulit Ruhnkenius fragmentum, quod Rutilius Lupus de fig. sent. et eloc. 1, 19. in latinum conversum ex Hyperide affert, quamquam orationis titulum non addit; est vero ex egregia Ruhnkenii emendatione hoc: *Quid a me saepius bis verbis de meo officio requiris? Scripsiti, ut servis libertas detur? Scripsi, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur? Scripsi, ut ne quis exilio afficere-*

58) De hac re cf. Fr. A. Wolf. prolegg. ad Dem. Lept. p. CLI. seq.

59) De significatione verbi ὅσια cf. Lexicographos, Ruhnk. Schol. ad Plat. de rep. lib. 1. tom. 5. p. 393. ed. Tauchn. Platneri libr. qui inscriptus est: *Beiträge zur Kenntniss des Attischen Rechts*, p. 114. sq. Schoem. de com. Athen. p. 298.

60) Totum fragmentum explico sic: Ut demonstraret haud dubie quantam virorum multitudinem, qua ad bellum gerendum uti posset, civitas probata illa lege esset acceptura, recenset orator numerum eorum quos in civitatem recipi voluit; atque ita primo loco servos dividit in eos quibus metalla erant exercenda (cf. Boeckh. l. l. t. 1. p. 80.) et reliquos; universorum vero servorum tradit esse plures quam centum et quinquaginta millia, quem numerum noli iusto minorem putare propter Boeckhium qui l. l. p. 41. de trecentis sexaginta quinque millibus loquitur, Hyperidi enim de iis tantum sermo est, qui arma ferre possunt. Deinde orator agit de ἀτίμοις, eosque iterum bifariam dividit in ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ et in ἀτίμους (haud dubie quod tam multae fuerunt ἀτιμίας causae, ut dividendi finis non adfuisset, si semper causam addere voluisset). Denique de inquilinis (ad tres enim has incolarum classes maxime pertinebat Hyperidis psephisma) quorum certum quoddam genus efficiunt οἱ ἀπεψηφισμένοι. Sic enim dicebantur qui a curialibus e civium numero eiecti inquilini facti sunt, vid. Budd. comm. ling. gr. p. 223, 24. Meier. de bon. damn. p. 85. seq. Schoem. de com. Ath. p. 382. seq. Platner. l. l. p. 195. seq. Sed quid in fine fragmenti sibi velint ἄποικοι perspicere nequeo, reponendum igitur videtur pro ἀποίκους, μετοίκους, alias ἰσοτελεῖς etiam disiderarentur, nunc vero hac voce hi etiam sunt intelligendi, vid. Wolf. prolegg. ad Dem. Lept. p. LXVII. not. et p. CXXII. not. cf. Schoem. l. l. p. 81. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 151.

61) De illo proverbio vide ipsum Schol., Suid. s. v. μὴ κινεῖν κακόν. Erasm. adag. p. 45.

tur. Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne legebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.

Verum si intellectum est et ex superiore demonstratione et ex fragmentis quae attuli, Hyperidem adversus Aristogitonem, qui eum παρανόμων accusaverat, orationem habuisse; ut prorsus concidat Reiskii sententia, reliquum est ut demonstretur in alia causa nulla Hyperidem contra Aristogitonem dixisse; idque inde colligo quod nusquam, quantum scio, ubi haec oratio laudatur numeri nota additur, quamquam alias Grammatici non negligunt hoc modo multis nos difficultatibus implicare; imprimis Libanius in argumento primae orationis in Aristogitonem oblitus non fuisset Hyperidis etiam facere mentionem, si quam habuisset occasionem; tam copiose argumentum suum conscripsit.

Sed ne nimium incurramus in Photii vituperationem, secundam orationem in Aristogitonem ὀρφανὴν iamiam relinquentes, studeamus ut primae saltem auctorem vindicemus.

Lycurgus unam tantum orationem habuit contra Aristogitonem; Grammatici enim, qui eam laudant, nunquam numeri notam addunt [62]). Cum Lycurgo vero simul Demosthenes etiam, secundo loco verba faciens, accusavit Aristogitonem, quod Photii, Libanii et Gregorii Corinthii testimoniis satis firmatur [63]). Causa fuit ἔνδειξις. Prima autem oratio, ut supra demonstrasse mihi videor, re vera in foro Attico est habita, eiusque quaevis fere pagina docet eam esse δευτερολογίαν quae ad ἔνδειξιν pertineat, priore vero loco dixisse Lycurgum. Facile itaque intelligitur, Demosthenem re vera illius orationis esse auctorem. Iam parum curo quod et veteres et recentiores critici nonnullos eius locos vituperarunt, etiamsi iure illud fecerint, non minus enim oratorum quam poetarum principi licuit interdum dormitare.

62) Vid. A. G. Becker Lycurgum p. 211. quamquam levius ille quidem versatus est in colligendis Lycurgi fragmentis.

63) Quod Dinarchus ubi de hac causa agit, in Aristog. §. 13. Lycurgi tantum, non Demosthenis etiam facit mentionem, id neminem credo offendet, qui meminerit, Lycurgum virum summae auctoritatis, quamquam eo tempore fortasse iam mortuum, priore loco verba fecisse, Demosthenis contra omnem concidisse auctoritatem; quo enim tempore Dinarchi oratio in Aristogitonem est habita, Demosthenes e civitate iam erat eiectus, vid. Din. in Ar. §. 15.

REISKII

INDEX GRAECITATIS DINARCHEAE.

Ἄγειν τινὶ τὴν βοήθειαν. 15. ult. edit. nostrae Lipsiensis [Reiskianae]. *ἄγειν εἰς ἀδοξίαν αἰσχράν.* 102. 1.

ἀγνώς. 74. 13.

ἀγὼν] *πῶς τοῦτον τὸν ἀγῶνα δικάσετε.* 35. 8. *ἀγῶνα ἀπολογούμενος ὑπὲρ ἐμαυτοῦ.* 87. 6. *τὸν ἀγῶνα ἀσφαλῆ εἶναι αὑτῷ νομίζειν.* 78. 6.

ἀγωνίζεσθαι περὶ αἰσχρᾶς αἰτίας. 65. 2.

ἀδικεῖν] *τὸν ὁποιονοῦν ἠδικηκότα τὰ πάτρια νομίζουσα τὸν ἓν τοῖς μικροῖς συνεθιζόμενον ἀδικεῖν.* 41. 5. *ἐπιτιθέναι τοῖς ἠδικηκόσι τὴν τιμωρίαν.* 95. 6.

ἀδικία. 95. 10. 101. 9.

ἀδόκιμον συνέδριον senatus auctoritatis cassae. 49. 4.

ἀδοξία. 102. 1. 25. 4.

ἀθρόον λῆμμα. 35. 2.

αἱρεῖσθαι, pro *ποιεῖσθαι* si bene ibi habet lectio. *ὅστις ἀργύριον καὶ χρυσίον περὶ πλείονος τῆς πρὸς ὑμᾶς πίστεως αἱρεῖται.* 95. ult.

αἰσχροκέρδεια. 73. 1.

αἰσχρὸς] *περὶ αἰσχρᾶς αἰτίας ἀγωνίζεσθαι.* 65. 1. *ἀδοξία αἰσχρά.* 102. 1.

αἰσχύνη. 94. 10.

αἰτία. 65. 1. *τὴν πόλιν εἰς αἰτίαν καθιστάνειν.* in criminationem, invidiam, adducere. 94. 12. [ubi cf. not.]

ἀκολουθεῖν μετά τινος, ire cum aliquo, quo is ducat, in eius castris versari. 15. 11.

ἀκριβὴς πεῖρα. 79. 12.

ἀκρόπολις. 30. 5. 90. 1.

ἡ ἀκτή. Atticum litus, *καὶ οἱ λιμένες.* 97. 9.

ἄκυρος τοῦ δικαίου. 6. 12. qui neque veram rectamque de re sententiam reperire novit, neque repertam, et pronunciatam adeo, factis exsequi valet. 101. 9.

ἀλήθεια. 5. 13. *ἀληθείᾳ τοῦ συνεδρίου συνοίκους ἑαυτὰς κατέστησαν*. iudicio verum et aequum in pronuntiando severissime atque sanctissime tuenti. 61. 4.
ἀλλ' ἢ pro *ἢ* simplici, aut pro *εἰ μή*. *quam, praeterquam*. 27. 5.
ἀλόγιστος. 64. 5.
ἁμιλλᾶσθαι ταῖς κολακείαις πρός τινα. 69. 15.
ἀμφισβητεῖν τῶν ἐν οὐρανῷ τιμῶν Ἀλεξάνδρῳ coelitum honores Alexandro denegare. 65. 10. [ubi cf. not.]
ἀναβοᾶν. 79. pen.
ἀνάγειν procul a societate hominum abducere. 81. 11.
ἀναδέχεσθε τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας, καὶ πονηρίας. suscipitis in vos sinitisque vobis imputari ut a vobis probatas. 4. antep. 72. 2.
ἀναιρεῖσθαι εἰσαγγελίαν reprehendere, revocare, tollere, antiquare. 66. 1. *ἀνελεῖν ἐκ τῆς πολιτείας τὰ τοιαῦτα θηρία*. 100. 19.
ἀνακομίζειν e Graecia in Asiam superiorem mittere. 49. 10.
ἀνακρίνειν τοὺς τῶν κοινῶν τι μέλλοντας διοικεῖν. examinare, vitae scrutinium instituere cum petentibus honores, illiusque scrutinii formula. 86. 7.
ἀναλαμβάνειν τινὰ comitate, blanditiis orationis, lenociniis honorum officiorumque aliquem sibi devincire. 20. 11.
ἀναλίσκειν τὸ ὕδωρ tam diu causae dictionem extrahere, donec aqua ad dicendum infusa defluxerit. 79. pen.
ἀναπιμπλάναι τῆς ἑαυτοῦ τύχης τινά. cui te socium negotiorum adiunxeris, ei infelicitatem tibi cognatam atque fatalem adiungere, affricare. 25. antep.
ἀνάπτειν] *χρυσὸν* [potius *ἐπιστολήν*] *ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος περιπορεύεται*. 29. 2.
ἀναρπάζειν. oppidum devastare. 17. 14.
ἀνατιθέναι εἰκόνα εἰς τὴν ἀγοράν. 33. pen. *τήν τινος αἰτίαν τινί*. imputare. 62. 9.
ἀνατρέπειν πράγματα evertere, corrumpere. 23. pen. *πόλιν*. 61. ult. *ἅπαντα*. 93. 10.
ἀναφέρειν στήλην εἰς ἀκρόπολιν. 90. 1. *φόρους εἰς ἀκρ*. 30. 5.
τίς ἀνήνεκται [*ἀνενήνεκται*] *τῇ θεῷ κόσμος εἰς ἀκρόπολιν*. 66. 16.
ἀνείργειν reprimere. 89. 15.
ἀνέρχεσθαι εἰς τὸ δικαστήριον. 40. 15.
ἀνήκειν] *ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων*, quae mulcta pecuniaria lui possunt. 44. 13.
ἀνόσιος τόπος infamis locus, quo non licet honestis accedere. 82. 15.
ἀντικαταλλάττεσθαι τὴν κοινὴν σωτηρίαν τῶν τοῦ κρινομένου λόγων. 4. 9. *τῆς κρίσεως καὶ τῶν ὅρκων ἀντ. τὰς τοιαύτας εὐεργεσίας*. 11. 8. 100. 2. reum in iudicium adductum ideo absolvere, quod patriam sibi multis magnisque meritis obstrinxisset.
ἀντιπράττειν. 69. 10.

ἀντιτιθέναι τὴν πρότερον ὑπάρχουσαν δόξαν. 74. 3.
ἄνω καὶ κάτω μεταβάλλεσθαι. 13. 7.
ἀξιόπιστος ἡ βουλὴ τἀληθὲς εὑρεῖν. senatus Areop. ea est existimatio, fideseque, ut in causis caedis praemeditatae credatur verum indagasse atque pronunciasse. 6. 5.
ἄξιος ratus, firmus, irrefragabilis. *ἀξία ζήτησις*, respectabilis, ut vulgo usurpant, h. e. cuius auctoritatem defugere haud licet. 45. 2. [ubi cf. not.] par aequalis, conveniens. *ὡς τῆς τιμωρίας τοῖς ληφθεῖσιν ἀξίας γενησομένης τῶν ἀδικημάτων.* 89. 12. *προδοὺς τὴν πίστιν, ἣν παρ' ὑμῶν, οὐκ ἄξιος ὤν, ἔλαβε.* 93. 9.
ἀξιοῦσθαι τῶν ἴσων τοῖς ἄλλοις. 81. 12.
ἀξίως. 76. 5. *τιμωρήσασθε ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ἀξίως.*
ἀπάγειν εἰς τὸ δέσμωτήριον. 81. 4.
ἀπαίρειν πρός τινα proficisci ad aliquem. 25. pen.
ἀπαραίτητος τιμωρία. 17. 5.
ἀπειπεῖν τιμωρούμενος delassari puniendo, ob multitudinem sontium et caedium satietate capi, ut postremi plectendi mitius accipiantur, aut plane absolvantur. 79. 14. 97. pen.
ἀπιέναι ἐπὶ τὰ ἔργα. 56. 6.
ἀπὸ ποίων ψηφισμάτων οὗτος, ἢ ποίων νόμων οὐκ εἴληφεν ἀργύριον. quodnam unum hic plebiscitum, aut quam unam legem tulit, cuius causa non passus esset se pecunia corrumpi? non ista omnia mercede scripsit egitque? 33. 8. *ἀπεχειροτόνησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἐφήβων ἐπιμελείας.* 98. 13.
ἀποβλέπειν εἴς τι. 72. 12. 74. 2.
ἀποδέχεσθαί τινος. probare alicuius orationem. 75. pen. [ubi cf. not.]
ἀποδιδόναι (si bene habet ea lectio) sese offerre, ingerere, obtrudere. *ἀπέδωκεν* [sed rectius legatur *ἐπέδ.*] *ἑαυτὸν τῇ βουλῇ ἀρχιθεωρόν.* 58. 1. [ubi cf. not.] *τὰ δ' ἀποδόμενος οὐκ ἐβεβαίου.* venditorum nullam dabat evictionem. 33. 14. *τὴν ὑπὲρ τῶν δικαίων παῤῥησίαν ἀποδόμενος εἴκοσι μνῶν.* 77. 10.
ἀποδοκιμάζειν. 82. 1.
ἀπολογεῖσθαι ἀγῶνα ὑπὲρ ἑαυτοῦ. 37. 6.
ἀπονέμειν τῇ γνώμῃ [propensioni animi] *πλέον ἢ τῷ δικαίῳ.* 41. 3.
ἀπόρθητος νομιζομένη εἶναι Λακεδαιμονίων χώρα. 52. 6.
ἀπορίαι in plurali. *τὰς τῶν πενήτων ἀπορίας ὀνειδίζειν.* 29. 5.
ἀπόῤῥητοι διαθῆκαι. 8. 3.
ἀποστερεῖν] *τὸν ἀποστερήσαντα τὸ ναῦλον τὸν πορθμέα.* 42. 1.
ἀποτιθέναι] *εἰς ποῖον γὰρ καιρὸν ἀποθήσεσθε τοῦτον.* cuinam tempori reservabitis. 23. 5.
ἀποτυγχάνειν κρίσει. causa cadere. 60. ult.
ἀποτυχία cum coeptum aliquod exitum sinistrum sortitur, secus atque tu volueras. *τὰς ἀποτυχίας εἰς τούτους τρέψαντες* detorquentes infortunia, in quae hi vos conïicere laborant, in capita ipsorum. 23. 4.

ἀποφαίνειν] *ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασι.* quas penes Demosthenem esse, senatus pronuntiavit. 6. 11. *ὃν οὐχ εἷς ἀνὴρ, ἀλλ' ἅπασα ἡ ἐξ ἀρείου πάγου βουλὴ ἀποπέφανται* [declaravit] *χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν.* 11. 13. *οὔτ' ἐμὲ ἀπέφηνεν ἡ βουλὴ, οὔτ' ἐμέλλησεν.* 37. 12. *ἡ βουλὴ τὰ ψευδῆ ἀπέφηνεν.* 43. 7.

ἀποφεύγειν. 44. 11.

ἀποχειροτονεῖν τινα ἀπό τινος ἐπιμελείας commendatum aliquem honoris candidatum, ut idoneum, in comitiis, ceu indignum et parum idoneum, reprobare. 98. 13.

ἀποψηφίζεσθαι decreto cavere, vetare ne quit fiat. 81. 6.

ἀρά. ἀραὶ dirae imprecationes. *ἁπάσαις ταῖς ἀραῖς ταῖς ἐν τῇ πόλει γενομέναις ἔνοχος.* 35. 15. *ἀρὰς ποιεῖσθαι δημοσίᾳ κατὰ τῶν πονηρῶν.* 85. 10.

ἀργυρίζεσθαι πάντοθεν. 32. 6.

ἀροῦν] *ἀροῦνται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ.* 17. 15.

Ἄρτεμις ἡ βραυρωνία. 82. 11.

ἀρχὴ] *δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος* decuplam mulctam eius summae, quam quis unquam, (aut statim a principio, h. e. tum statim, quum corrumperetur) accepisset. 44. 16.

ἀρχηγὸς τοῦ διαδεδομένου χρυσίου, qui primus accipiens largitiones, exemplum praeit aeris admittendi, quod deinde inter alios quoque largitionis consortes diribatur. 94. 11.

ἀρχιθεωρία legatio nomine reip. obeunda, ad ludos solennes aut fana deorum extra ditionem Atticam, quo is, cui ista legatio demandata sit, personam P. A. repraesentet. 57. 2.

ἀρχιθεωρός. 57. ult.

ἀσμενεῖν μεταβολήν τινα τῶν κακῶν. 28. 2. cupere mutationem rerum, oblatamque avide atque cum congratulatione arripere.

ἄστυ τὸ Θηβαίων ἀροῦται καὶ σπείρεται. 17. 15.

ἀσφαλὴς ἀγών. 78. 7.

ἀτυχὴς homo flagitiosus, sceleratus. 53. 3.

ἀτυχία Demostheni exprobratur, h. e. fatalis ei atque cognata quasi infelicitas, per quam fieret, ut quicquid institueret ageretque, id non modo irritum, sed etiam reip. exitiosum esset. 54. ult.

αὐτόπτης τῶν ἀδικημάτων. 98. 10.

αὐτόφωρος] *ἐπ' αὐτοφώρῳ χρήματα λαμβάνων εἵληπται.* 46. 9.

ἀφανῆ καὶ μεγάλα ἀδικήματα. 7. 7.

ἀφιέναι καιροὺς opportunitates rei bene gerendae oblatas e manibus emittere. 25. 6.

ἀφικνεῖσθαι] *τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως ἀφικομένων.* 9. 3. *εἰς τὴν πόλιν*, quod p. 55. 5. additur.

βαδίζειν] *ἔπειτ' ἐπὶ τοῦτον πάλιν βαδιοῦμαι.* 37. 15.

βεβαιοῦν praestare rem venditam, emtori tradere, eumque in eius

possessionem certam et controversiae expertem immittere. 33. 15.

βοήθεια ῥήτορος auxilium, quod orator consiliis dandis ad remp. affert. 69. 5.

βούλεσθαι] *παρ' ἑκόντων καὶ βουλομένων τῶν Ἑλλήνων.* 30. 6.

βουλεύειν θανάτου τινος. 23. ult. necem alicui comparare, machinari. [cf. not. ad h. l.]

βραυρωνία Ἀρτεμις. 82. 11.

βωμὸς] *ἐν βωμοῖς δώρων γραφὰς ποιήσαντες.* 85. ult. verum haec lectio vitiosa est. [cf. not. ad h. l.]

γένος] *γένει* [id est *γόνῳ καὶ φύσει*] *τῆς πόλεως πολίτης.* 66. 8.

γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι. leges non admittebant ad honores, nisi eos, quibus intra ditionem Atticam fundi essent. 50. 5.

γίνεσθαι] *τοῖς γενομένοις ἐμμένειν* sententiae a iudicibus latae acquiescere. 61. 1. *θυσιῶν τῶν γινομένων* [*παρ' αὐτοῖς* puta] *κοινωνεῖν.* 81. 7.

γνώμη] *τῇ γνώμῃ πλέον ἢ τῷ δικαίῳ ἀπονέμειν* in sententia dicenda plus suo erga reum studio, quam aequo iuri tribuere. 41. 3. *γνώμην μίαν ἔχειν.* 67. 11.

γόης καὶ μιαρός. 64. 1. 66. 6.

γοητεία. 48. 16.

γονεὺς] *εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιεῖ.* interrogabatur, una cum aliis quibusdam, orator ad remp. admittendus. 86. 9.

γράμμα] *πάντων τῶν ἐν τοῖς γράμμασι δικαίων φύλαξ* erat Mater deorum, h. e. universi iuris Attici, literis consignati. 60. 11.

γράφειν σίτησίν τινι decreto ea de re scripto, auctor fieri populo, ut honorem vel praemium publici epuli cum prytanibus in prytaneo, alicui decernat. 33. 16. *γράφειν καθ' ἑαυτοῦ θάνατον τὴν ζημίαν.* 72. ult. *γράφειν κατά τινος* actiones criminales de maiestate laesa vel similibus in aliquem intendere. 77. ult.

γραφὴ] *δώρων γραφὰς ποιήσαντες.* 85. ult.

δαίμων malus genius, tortor, furia, quoquo venit luctum et stragem secum afferens. 24. 4.

δάκτυλος] *χρυσίον* [potius *ἐπιστολὴν*] *ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος.* 29. 2.

δέησιν λαμβάνειν εἰς ἑαυτὸν precibus locum dare accessumque ad se. 101. 6.

δεικνύειν τὸ πρόσωπόν τινι. in conspectum alicuius prodire. 70. 10.

δεῖσθαι] *καιρῶν, οἳ πίστεως, οὐ δωροδοκίας, δέονται.* quae poscunt fidem. 100. 18.

δεκαπλασίαν τοῦ τιμήματος τὴν ἔκτισιν ἐπιτιθέντας κατὰ μόνου τούτου τῶν ἀδικημάτων. 86. 1.

δεκαπλοῦς idem quod *δεκαπλάσιον. δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος.* 44. 7.

δεσμωτήριον] πλείω χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἢ ἔξω διατρίβειν. 77. pen.

δέχεσθαι τὴν ἀγαθὴν τύχην. 67. 5. δῶρα ἐπὶ τῷ τῆς πατρίδος συμφέροντι. 90. ult.

δημεύειν οὐσίαν publicare, proscribere, confiscare. 93. ult.

δημηγορεῖν pro concione verba facere. 14. 2. δημηγορεῖν τινι pro συνηγορεῖν. si lectio bene habet. 75. 1.

